

Regula, lib. 1. Boer. alios citans dist. 319. in princ. vers. V. et contra. & alij passim. Quod locum habet etiam socii criminis sint duo, vel plures contra eandem personam deponentes, quia nihilominus non probant. Bald. in d. l. Quoniam. n. 2. nam ut ipse ait. hic ex quatuor. qui in rixa interueniunt. tres volunt deponere. quod ille alter fuit culpabilis. non creditur ipsis de se confessis in alium allegat text. in l. final. c. de accusat. Anchar. conf. 246. in causa agraria. Felin. plura cumulans in c. Testimonium. in 2. not. ab. ne resp. Natta conf. 298. Vifo. & diligenter considerato. n. 9. in fin. vers. Praterea. & num. 10. vol. 2. reddens rationem cur socii criminis etiam si numero plures. & testes tamen non probent. quia ubicunque testes laborant eo defectu. qui non diminauit de eius fide. sed ex toto reddat eum inhabilem. ut est hoc casu. quia socius criminis inhabilitatur a iure ad testimonium perhibendum. ut in praerogativa iuris: tunc numerus non tollit inhabilitatem. nec supplet probationem. quia quod nihil est. supplementum non recipit. l. Sed si manente. ff. de Praerog. & ex pluribus impertectis in sua specie non potest unum perfectum resultare. l. i. c. Quis mun. intel. se excus. Grammat. conf. 21. post n. 10. ubi post Andr. conclusit. si plures sint confitentes de nominato. horum tamen depositions non valebunt tantum. quantum dictum unius testis: & idem repetit in conf. 61. post n. 1. & conf. 35. post n. 2. 5. & decis. 28. post n. 17. Boll. in cir. de inquisit. n. 51. Quinimo hoc vendicat sibi locum etiam in criminibus exceptis. puta haeresis. laesae majestatis. & consimilibus. Nam etiam in his socii criminis admittantur in testes. ut c. in fidei favore. de haer. lib. 6. & c. Nemo. 1. 5. q. 3. tamen sic admitti probationem non faciunt. Hippolytus de Maribus praet. §. diligenter. n. 68. Boer. dist. 319. n. 4. in fin. Blanchar. de iudic. ad l. fin. n. 384. pariter ad finem. ff. de quaest. Cum itaque occultum proprie sit. quod probati non potest. ut offensum est supra n. 121. & per socios criminis etiam si multi sint. delictum non possit probari necessario sequitur. ut super eo liceat dispensare tanquam in occulto. si ad forum contentiosum non sit deductum. ut ex dictis constat. & in hanc sententiam videtur respondisse S. Congregatio Concilij. ut in decis. Presbyteri Sarinathensis superius relata num. 139.

Ad extremum pro complemento materiae admonendi sumus ad hoc ut liceat Episcopo dispensare non sufficere. ut actus. ex quo incurrit irregularitas. sit materialiter publicus. sed oportere ut publicus formaliter in quantum est delictum. id est. ut publice sciat illud esse delictum arg. l. in delictis. §. Si extraneus. ff. de Noxalib. ad. & tenet Navarin Manuali. 27. num. 255. in fin. vers. Duodecimo. & n. 241. vers. Circa haec dico 1. Sayr. in thesaur. conf. 21. tom. 1. lib. 7. c. 13. n. 13. & alij apud Sanchez de matrim. lib. 8. dist. 34. n. 56.

Quo fit. ut si occulte excommunicatus publice celebraverit. liceat Episcopo dispensare in vim d. 6. l. 24. quia licet actus celebrationis sit publicus. non tamen publica est illius malitia. ut per Navarin. ubi supra. ubi refert ita diffinitum fuisse in Pratorio Sacrae Penitentiariae. Licet quod spectat ad d. 6. & c. sic sit in casu conuerso. Et ita alias declaravit S. Congregatio Concilij. ut in subiecta declaratione. videlicet:

An vigore cap. 6. §. 24. de reform. possit Episcopus absolvere ab irregularitate proveniente a delicto. quod licet publicum sit in se. tamen tanquam causa irregularitatis occultum censerit potest. quia licet actus publicus sit delictum. publice tamen nescitur esse delictum. Die 9. Septemb. 1582 S. Congr. servat quando delictum. ex quo provenit irregularitas. est publicum. quamvis actus ille. qui interveniente irregularitate incurritur. occultus sit. Episcopum dispensare non posse. veluti si Sacerdos publice excommunicatus. vel notorie simoniacus occulte Missam celebraverit. quod si delictum occultum est. ut puta excommunicatio. vel fornicatio. actus verò Missam celebrandi. ex quo irregularitas incurritur. publicus. posse nihilominus Episcopum ab omni irregularitate absolvere. ex d. 6.

DE COHABIT. CLERICI.

& Mulier.

Cap. Quaesitum.

SVM MARIVM.

- 1 Clericus concubinaris in officio vitandus non est. nisi sit notorius.
- 2 Clericus a iure suspensus propter notoriam fornicationem illico post penitentiam recuperat officij executionem quoad alios. & n. 17.
- 3 Clericus non tantum profornicatione. sed & pro quolibet peccato mortali est suspensus quoad se. & peccat gravissime ministerium alicuius Ordinis exercendo. & n. 23.
- 4 Non tamen propterea efficitur irregularis. & n. 21.
- 5 Sacerdos notorie criminis non est suspensus quoad alios. nec est vitandus nisi sit praecipue notorius fornicator. vel simoniacus.
- 6 Et quid post extravagantem Martinum V. Ad evitanda. & n. 26.
- 7 Notorius fornicator an celebrando efficiatur irregularis. & n. sequ. usq. in fin.
- 8 Suspenditur ab homine si celebrat antequam sententia ab solvatur. irregularis efficitur. & n. 20.
- 9 Concubinaris notorius est ipso iure suspensus quoad se. & quoad alios. & quovis pomiteat. non debet celebrare ante dispensationem. alias sit irregularis. & n. 12.
- 10 Contrarium n. 12.
- 11 Distinguitur n. 21.
- 12 Concluditur n. 22.
- 13 Suspendio minor irregularitatem non inducit. & n. 22.
- 14 Intellectus. & Praeter hoc. 32. dist. & n. 19. & 24.
- 15 Notorius fornicator celebrando non sit irregularis. nisi monitus non desisterit sit suspensus ab homine. & n. sequ. usque in finem. (iure.)
- 16 Irregularitas non contrahitur nisi sit expressum a
- 17 Suspendio a Canone propter crimen. celebrando non sit irregularis. nisi Canon hoc exprimat.
- 18 Suspendio a Canone tunc demum incurrit irregularitatem. quando per modum sententiae fit in Canone suspensio.
- 19 Concubinaris notorius non est suspensus simpliciter. sed quomodo non penituerit.
- 20 Suspendio usque ad congruam satisfactionem. cui cito satisfacit. officij suum & beneficii recuperat.
- 21 Suspendio quoad se non est censura. sed est suspensio illata a Deo. quae irregularitatem non inducit.
- 22 Sicut. dictio importat omnimodam similitudinem in substantia. & qualitate. & modo simul.

- 25 Suspendio quoad alios est suspendio indirecta non inducens irregularitatem.
- 26 Et hoc etiam quoad notorios fornicatores sublata est per extravagantem Martinum V. Ad evitanda.
- 27 Quod caret esse. caret virtute. & operatione.
- 28 Tridentini Concilium cap. 14. §. 2. de reformat. circa concubinaris expenditur. & n. 599.
- 29 Nihil ex veteri iure immutat. vel ex statu Ecclesiae. sed tantum iuri communi addit. n. 31.
- 30 Concubinaris Clerici. & Episcopi ex Concilio Tridentini penam incurrant.
- 31 Suspendio ab officio tenetur etiam suspensus a Beneficio tribus concurrentibus.

QUAEITUM. Propter fornicationem non notoriam non respuntur ab officio Clerici. Hoc dicit secundum Abb. Antiqui. communiter tamen sic summatur Clericus concubinaris in officio vitandus non est nisi notorius. Jo. Andr. Burr. Cardin. Anch. Abb. Siculus. Jo. de Anan. & Jo. a Capistrano. communis decisio. Secunda ibi. Verum.

- 1 Nota primo. ibi. Primum quam penituerit. a contrario sensu Clericum a iure suspensum propter notoriam fornicationem illico post penitentiam recuperare officij executionem quoad alios. ita ut licite possint ab eo audiri Divina. prout notat Petr. de Anchar. in cap. Vestra. numer. 12. post med. vers. Et ex ista opinione infertur. supra eod. Abb. hic in primo notat. & voluit Innoc. in cap. Sicut. numer. 2. vers. Vel de quod licet. supra eod. ubi ait. penam iuris cessat. si cesset a peccato. quantum ad hoc. ut alij possint audire ejus officia. Ad hoc bonus textus in cap. Si qui sunt Presbyteri. & ibi glossa. in ver. Emendat. 81. distinet. Licet hac suspensio a iure indulta quoad alios hodie sit penitus sublata per ea. quae dicam infra num. 26.
- 2 Secundo nota. ibi. quemlibet pro mortali peccato. non tantum pro fornicatione. sed & pro quolibet peccato mortali Clericum esse suspensum quoad se. ut hic in littera. id est non debet cum peccato ministerium alicuius Ordinis exercere. ut cap. fin. ibi in testimonium sua damnationis in susceptu etiam ordinis non ministrans. Supra de tempor. ordinar. & notat Innoc. in d. cap. Sicut. numer. 2. in ver. Suspendatur. supra eod. & Abb. hic in 3. notat. Praecipue autem non debet attingere Sacrosanctum Eucharistiae sacramentum. ut c. Sacerdotes. 1. q. 1. cap. Testamentum. in fin. 6. distinet. alioquin peccat gravissime. cap. Quotidie. de consecrat. distinet. 2. cap. De homine. de celebrat. Misser. cap. habuisse. 33. distinet. Abb. in cap. Vestra. numer. 4. Supra eodem: Qui enim manducat & bibit indigne. iudicium sibi manducat. & bibit. non dignitatem Corpus Domini. 1. ad Corinth. 11. cap. Sicut Iudas. de Consecrat. distinet.
- 3 Jo. a Capistrano hic nu. 2. Non tamen sic celebrando irregularis efficitur. quia hac suspensio quoad Deum non est proprie censura Ecclesiastica. & ideo irregularitatem non inducit. ut notat Petr. de Anchar. in d. cap. Vestra. nu. 12. circa med. vers. Praterea. & Jo. de Imol. hic n. 6. & latius dicam infra n. 6. & 21.
- 4 Tertio nota ibi. Nisi peccatum huiusmodi sit notorium. non quemlibet notorie criminiosum esse vitandum in Divinis Officiis. sed tantummodo notorium concubinarium. qui est suspensus. non tantum quoad se. sed etiam quoad alios. hoc iure in-

spicuo. nam cum textus respectu suspensionis quoad se prius generaliter egisset de quolibet mortali peccato. postea cum agit de suspensione quoad alios. restringit se ad peccatum fornicationis. ut innuit illa dictio huiusmodi. quae relationem habet ad casum fornicationis. de qua egit supra proxime ibi. etiam in casu propositi. scilicet fornicationis. ut explicat gl. 3. hic. reddens rationem. quia in hoc crimine magis est vitandus. cum in aliis non sit quis ipso iure suspensus. quantumcumque crimen sit notorium. excepto crimine simoniae. ubi est suspensus ipso iure. etiam si crimen sit occultum. c. Praeter. §. Verum. 32. distinet. c. Reperitur. 1. q. 1. c. Tanta. de Simon. In alio ergo a Clerico notorio criminioso non tenetur in Divinis abstinere. quando ab Ecclesia toleratur. ut probatur in d. c. Praeter. per locum a speciali. & in hac opinione fuit Vincentius. quem sequitur hic Bernar. in d. gloss. 3. item glossa Joannis in d. cap. final. in ver. Sicut antibus. ad finem 1. 5. q. 5. ubi ait. Sacerdotem in mortali existentem non esse suspensum quoad alios. nisi sit praecipue. vel notorius fornicator. vel simoniacus. item gloss. 1. in cap. Cum non liceat. de praescrip. quae similiter tres casus excipit. videlicet haereticis. seu schismaticis. notorie fornicationis. & simoniae. In aliis autem criminibus. etiam si sit notoria. dicit expectandam esse sententiam. ut in d. c. fin. 1. 5. q. 5. & c. Nonne. 2. q. 4. & consentiunt hic Abb. in 5. not. & Jo. de Anania n. 1. licet aliud videatur sensisse Innocentium in c. Vestra. n. 2. supra eod.
- 5 Sed ut advertere. quia huiusmodi differentiae hodie sublatae sunt per Extravag. Martini V. Ad evitanda. in Concilio Constantiensi editam. qua indultum est. ut liceat communicare in quibuscumque Divinis. & perceptione Sacramentorum excommunicatis. suspensis. vel interdictis. nisi sint nominatim denunciati. vel notori Clericorum percussores. Unde jam more Ecclesiae receptum est. ut hanc tamen dicantur ab Ecclesia non tolerari. & sint vitandi. reliqui vero sive fornicarii. sive haeretici. vel schismatici. & ab Ecclesia praecipue. utique notorii. dicuntur tolerari. & licite ab eis audiuntur Divina officia. & percipiuntur Ecclesiastica Sacramenta. ut dicitur in d. c. Vestra. num. 17. & 18. supra eod. & solus in c. Quoad praedecessore. infra de schismaticis. ubi egi latissime de auctoritate. & intellectu huius extravagantis a nu. 39. usque ad nu. 57. Quare haec Decretalis dum determinat Clericum concubinarium in Divinis officijs esse vitandum. si sit notorius per sententiam. vel per confessionem factam in iure. vel per operis evidentiam. remanet correctae quoad duas species notorii. scilicet per confessionem iudicalem. & per evidentiam facti. & servari debet tantummodo quoad nominatim denunciatos per sententiam hominis. & quoad notorios percussores Clericorum. quod etiam censent Navarin. in c. 1. §. Leitores. nu. 10. de penit. dist. 6. & alij plures relati a Nicolao Garzia de beneficiis. part. 7. c. 14. nu. 36.
- 6 Ultimo nota ex textu. Clericum notorie concubinarium esse suspensum quoad se. & quoad alios. concordat cap. Si qui sunt Presbyteri. 81. distinet. & cap. Vestra. supra eod. Sed qualis sit huiusmodi suspensio. patebit ex dicendis in quaes. sequenti.
- 7 QUAEITUM. An notorius fornicator celebrando incurrit irregularitatem?

8 Si sit notorius per sententiam, planum est irregularitatem incurere, quia suspensio ab homine celebrato irregularitas est. cap. 2. cap. 2. a. t. a. r. e. s. cap. Peshulasti. & cap. Si celebrat. & ibi Innoc. & Host. num. 2. Jo. Andr. num. 3. & Henric. Boich. num. 12. post. med. vers. Si in foro iudiciali de Cler. excomm. minist. Speculat. in tit. de dispensat. s. iuxta 3. numer. 20. vers. Secus autem est in suspensio ab homine. Innoc. in cap. Sicut. num. 4. supra eod. Host. in cap. Quod translationem. num. 3. supra de tempor. ordinar. Archid. in cap. Lugdunen. num. 4. 9. quast. 2. Tales enim nunquam debant celebrare, nisi prius sententia abfolvantur per iudicem. arg. cap. 1. de regul. jur. & cap. Presbyter si a plebe. 2. quast. 4. & si celebrant ante abfolucionem, sunt irregulares. cap. Si quis Presbyter. & c. seg. 1. 1. quast. 3. cap. Cum dilecti. de rescript. c. Apostolica. & excepti. secundum Innoc. Host. Speculat. & Henric. Boich. locus supradictus. & in hoc consentiunt omnes.

9 Si vero sit notorius per operis evidentiam, tunc sunt quae principales Doctorum opiniones. Prima est eorum qui affirmant notorium fornicatorem esse suspensum ipso iure suspensione directâ, & ideo celebrando irregularitatem contrahere. & haec videtur communis, cuius Authores sunt Host. in d. cap. Si celebrat. nu. 4. vers. Cum igitur simoniaci, ubi ait. Simoniacos, & notorios fornicatores esse ab officio suspensos propter crimen, quamvis à Canone § Verum, 32. dist. 1. Ideoque si celebrent, incurunt irregularitatem, quia quantumcumque penitentiam agant, nunquam celebrare debent, quousque cum eis per Sedem Apostolicam fuerit dispensatum, cap. Tanta, infra de simonia, & cum Hostien. concordat ibi Calder. Henric. Boich. nu. 14. dicens se credere hanc opinionem esse veterem, & ideo Host. & Jo. Andr. in cap. Cum aeterni, super ver. Involvet. de re iudic. lib. 6. Ant. de Butr. hic num. 9. & Jo. de Imol. nu. 6. & ideo Butr. in cap. 1. nu. 32. de iudic. Jo. de Anan. num. 1. & Felin. in 4. notab. in cap. Cum dilectus. de Accusat. Præpof. in cap. Præter hoc. numer. 1. 32. dist. Abb. in c. Vestra. num. 7. supra eodem Glossa Pragmatica functionis tit. de concubinario in ver. Inhabiles; Rebuff. in concordatis. tit. de Publico concubinario. in princ. Guido Papa quast. 5. 58. Fuit dubitatum. Gonfalus à Villadiego de irregulari. c. de Suspensione. col. 3. Jo. Bernardus Diaz Episcopus Calaguritanus in practica criminali Canonica cap. 73. Abulenſis in tract. de concubinario Clerici conclus. 7. Petr. de Palude in 4. sent. dist. 27. quast. 4. col. 2. S. Antonin. in 3. part. tit. 27. c. 3. Sylveſter dicens hoc verius in Summa in ver. Concubinarium. quarto. num. 2. Bernard. in tract. de concubin. pag. 270. ubi attestatur hanc opinionem esse communem, quod etiam fatentur, licet eam non sequantur, Navar. in cap. Si quando. col. 53. de rescript. & Covar. in Clem. Si furiosus. §. 1. nu. 5. post princ. vers. Sunt tamen, qui ab hac tertia illatione, de homicid.

Pro hac opinione inducitur primo hæc Decretalis, ubi patet notorium fornicatorem esse suspensum, & quoad se, & quoad alios; & sic suspensione directâ, quæ dirigitur etiam in subiectum, hoc est in ipsum Clericum concubinarium, non tantum in obiectum, hoc est in ipsos Parochianos, qui prohibentur Divina officia ab eo audire, & Sacramenta percipere, secundum Anton. de Butr.

hic d. n. 9. & consequenter si celebret, irregularis efficitur, c. 1. de re iudic. lib. 6.

10 Sed certe, ut inquit Imola hic in ult. not. ab hoc dictum non bene probatur in hoc cap. Quia hic dicitur Clericum fornicatorem esse suspensum quoad se, iucit quilibet existens in peccato mortali, Talis ergo suspensio quoad se censetur esse suspensio minor, quæ irregularitatem non inducit, ut plene notatur per Innoc. Host. & alios in c. Si celebrat. infra de Cler. excomm. minist. & latius dicam infra nu. 22. Neque hic tollitur hæc suspensio, nem quoad se esse suspensionem majorem, & directam.

11 Secundo igitur loco allegatur text. in cap. Præter hoc. 32. dist. ubi dicitur, Ex parte Dei Omnipotentis, & auctoritate Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, ut Missas non cantet, nec Evangelium, aut Epistolam ad Missam legat, & c. nam, ut inquit Abb. in d. cap. Vestra. numer. 7. supra eodem, nulla apparet differentia inter hæc verba Suspendi ab officio, & interdico tibi officium. Sed per prima verba infligitur suspensio directâ ipso iure, adeo ut sic celebrans efficitur irregularis iuxta text. in cap. 1. de re iudic. lib. 6. & in cap. 1. de sent. excomm. eodem lib. Ergo & per secunda verba, quia non refert quid ex æquivalentibus fiat, & licet ex quadam de rescript. Ad idem textus in cap. Si quis sunt, 81. dist. ubi dicitur, Si quis sunt Presbyteri Diaconi, vel Subdiaconi, qui in crimine fornicationis accant, interdictionis ex parte Dei omnipotentis, & S. Petri auctoritate Ecclesia interdictum, & c.

12 Tertio loco huic opinioni suffragatur. §. Verum, in fin. vers. Prohibentur, post dictum cap. Præter hoc, 32. dist. ubi similiter probatur notorium concubinarium esse suspensum ipso iure quoad se, & quoad alios, nec ibi adijcitur illa verba, sicut quilibet existens in mortali peccato. Ergo celebrando efficitur irregularis, nam, ut notat Hostien. in c. Tanta, nu. 2. de simon. Clericus propter aliquod crimen suspensus quoad se, & quoad alios, etiam post peccatum penitentiam celebrare non potest, & ideo notat Archidia. Henric. Boic. & Jo. Faber. relati à Covar. in d. Clem. Si furiosus. §. 1. nu. 5. vers. Hu accedit Gratiani sententia.

13 Contrariam opinionem, idest, notorium fornicatorem non esse ipso iure suspensum suspensione directâ, & ideo si celebret, in irregularitatem non incidere, uti veterem amplectitur Innocentius in c. Si celebrat. num. 3. vers. De notorio autem fornicatore, infra de Cleric. excomm. minist. ubi ait, notorium fornicatorem non esse suspensum principaliter à Canone, sed à Deo, quod ex eo apparet, quia quam citò penitet, licet celebrat, ut hic, Licet per Canonem in odium criminis aliquid adjectum sit quoad evitacionem eorum, cap. Tunc supra eodem, cap. Nullus, & §. Verum, 32. dist. Sed certe, ut subdit Innoc. quam citò penituerit, & hujus Sacerdotis officia sunt audienda, & cum eo videtur transire Jo. Andr. ibid. num. 4. vers. Alii dicunt contra Speculat. in tit. de dispensat. §. Iuxta, numer. 20. vers. Quod autem dixi de excommunicato minori, Jo. de Lignano in cap. Vestra, supra eodem, ubi intermiscit quaestionem. An ad hoc ut notorius fornicator digni possit, requiritur monitio, nec ne? & refert antiquos, & modernos varie invicem in hoc passu, & loquitur admodum intricatè, sed tandem concludit notorium fornicato-

catorem non esse suspensum suspensione directâ, ita ut celebrando efficitur irregularis, nisi prius monitus non desistens sit suspensus ab homine. Idem voluit Jo. de Fano relatus ab Archidiacono in d. cap. Si quis sunt, num. 2. in ver. Maluerunt, 81. dist. & ideo Archid. in d. cap. Nullus, circa fin. 32. dist. dicens duram esse opinionem illorum, qui tenuerunt notorium fornicatorem etiam non præmissa monitione suspensum esse ipso jure, & quoad se, & quoad alios, & contrarium innere textum in d. cap. Si quis sunt Presbyteri; ubi primo suspenditur quoad se, & post perseverantiam quoad alios, & num. 2. & 3. sequitur opinionem Laurentii, & Hugonis dicentium notorium concubinarium celebrando non fieri irregularem, nisi præcedat monitio. Idem firmant in d. cap. Vestra, supra eod. Cardin. num. 1. & Petr. de Anchar. num. 12. ubi plene Jo. de Imol. in cap. 1. num. 23. de iudic. ubi reprobat opinionem Anthonii de Butr. sequitur opinionem Innocentii, dicens eam benigniorem, & ideo amplectendam; licet subdat cautius esse, propter opiniones vitandas, dispensacionem impetrare. Nicol. Plovius de irregulari. reg. 4. 1. Navar. in cap. Signando, in 17. excepti. numer. 8. de rescript. Quibus subscribit Covar. in Clem. Si furiosus, §. 1. numer. 5. post medium. vers. Ego quidem, de homicid. dicens primam opinionem licet communem, tamen libi nimis duram videri, & se non aulium secundum eam judicare quemquam irregularem esse; quamvis contulatur, ut abfolutio, aut dispensatio impetretur à Romano Pontifice.

14 Præcipuum hujus opinionis fundamentum est, quia irregularitas non contrahitur nisi in casibus in iure expressis, & qui dicit aliquem irregularem, debet dare casum juris. cap. Is qui, de sent. excomm. lib. 6. Speculat. in tit. de dispensat. d. §. supra, d. 2. Host. in c. Si quis Presbyter, m. 4. de Cler. excomm. minist. & ibi dixi, num. 4. & ideo Host. in cap. quod translationem, num. 3. de tempor. ordinar. ubi ait: Ego de facili neminem irregularem iudico, nisi jus expressum ad tale iudicium me compellat. Et hæc dicit esse optimam regulam, & tenendam Cardin. in cap. Si celebrat, num. 4. col. 3. vers. Sed inter cetera, & col. 4. vers. 4. Regula optima est, de Cler. excomm. minist. Ad hoc quod notat Archid. in cap. Cùm aeterni, num. 5. in vers. Involvet, de re iudic. libro 6. relatus ab Anchar. in d. cap. Vestra, num. 12. post med. vers. Præterea non reperitur, ubi post Vincencium ait, Suspendum propter crimen tunc demum irregularitatem incurere, cum Canon hoc exprimit. At nullibi reperitur expressum in iure, ut notorius fornicator ministrans in Ordine irregularitatem incurat, merito, & c. Nec relevat si dicas id satis cautum esse, cum notorius fornicator sit suspensus quoad se, & quoad alios, ut hic dicitur, & in d. §. Verum, circa fin. vers. Prohibentur, 32. dist. Quoniam ut respondent Doctores, & in specie Cardin. in cap. Vestra, num. 1. supra eod. suspensus à Canone tunc demum incurit irregularitatem, quando per modum sententia fit in Canone suspensio, sicut fit in cap. 1. de re iudic. lib. 6. & in cap. Is cui, de sent. excomm. eodem lib. At non sic est in Clerico fornicario, qui non per modum sententia, sed enunciative dicitur in Canone suspensus, ut hic, & in d. cap. Vestra. Ergo non fit celebrando irregularis, arg. d. cap. Is qui, de sent. excomm. lib. 6. Præterea, ut

ponderat Imola, in d. cap. 1. num. 23. de iudic. notorius fornicator non est suspensus simpliciter, & absolute, sed quando non penituerit, ut hic patet in princ. ibi, priusquam penituerit. & in cap. Si quis sunt Presbyteri, 81. dist. ibi, Interdictum est Ecclesia introitum usque dum peniteant, & emendent. Et ita est de mente Canonis, ut cum primum penituerit, cesset suspensio, nec requiritur aliam dispensacionem Papæ, prout requireret si notorius fornicator esset suspensus suspensione directâ. Unde gloss. 2. in d. cap. Si quis sunt Presbyteri, ponderans illa verba donec peniteant, & emendent. Ex hoc, inquit, videtur, quod sicut in his ipso facto suspenduntur, sic ipso facto per contrarium restituitur eis officium. Idem notat gloss. in cap. Nullus, in ver. Audiat, 3. dist. ubi ait: Si adhuc post penitentiam corrigi voluerit, non dicam eum suspensum ipso jure. Et paulo infra: licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus, tamen propter contrarium adum ipso jure restituitur ei officium. Unde quam cito peniteat, licet celebrat. Facit quod notat Innoc. in c. Sicut, num. 1. supra eodem, ubi ait eum, qui suspensus est usque ad congruam satisfacionem, seu quousque emendaverit, quam citò satisfecerit, ut debet, statim officium suum, & beneficium recuperare, idque verius esse post alios affirmat Sylveſter in ver. suspensio, num. 1. vers. Quodam vera est ab eo; & hoc satis probari per illud, quia dicit eum esse suspensum usque ad congruam satisfacionem: ergo post dignam satisfacionem primum statim recuperat. Nec obstat textus in contrarium allegatus in d. cap. Præter hoc 32. dist. quia non loquitur in suspensio donec peniteat, sed simpliciter, secundum Jo. de Imola, in d. cap. 1. num. 23. de iudic.

20 Pro eadem opinione, Anchar. in d. cap. Vestra num. 12. supra eod. ponderat textum, in cap. ut Clericum, de vita, & honest. Cleric. ibi enim primo ab omni libidinis vicio præcipit Clericos abstinere, & tamen subdit: Quod si suspensus hac de causa fuerit celebrare divina, deponatur, & c. Ecce igitur quod in quolibet genere incontinentia, ad hoc ut fieri possit privatio, vel depositio Clerici fornicatoris, requiritur, ut præcedat suspensio Episcopi, & ea suspensione durante in divinis ministrat. Quid dicendum? Abbas, in c. Vestra, num. 6. vers. Sed cogitavi, & num. 7. vers. Sed ego distinguere, supra eodem, quem sequitur Sylveſter in ver. Concubinarium, num. 4. Pro concordia opinionum distinguat sic: Nam aut fornicatio est ita notoria per operis evidentiam, ut nullam habeat dubitationem sicut videmus in pluribus Clericis, qui tenent ita publice concubinas sicut uxores, & publice nutriunt filios, ita ut nec ipsi hoc audeant dissimulare, & tunc omnino abstinendum est ab eis sine alia monitione, & tales sunt suspensi à Canone suspensione directâ, ita ut si celebraverint, irregulares efficiantur, ad hoc, d. cap. Præter hoc, & §. Verum, 32. dist. Aut fornicatio non habet illam operis evidentiam, sed potest probabiliter tergiversari, puta quia concubina habitat cum matre Clerici, & dicit illam esse matris pedissequam, vel quid simile: & hoc casu necessaria est monitio, & ejus contemptus, alioquin celebrando non incurrit irregularitatem. Et in hoc casu procedit secunda opinio Innocentii, & sequatur.

21

22 Ego vero indistincte ex ultimo opinione Innocentii hodie esse indubitatum: nam in Clerico non

toris concubinario, aut consideramus suspensionem quoad se, aut suspensionem quoad alios. Prima species suspensionis quoad se non est censura Ecclesiastica, de qua in cap. Quarenti, de verb. signif. Sed est suspensio illata à Deo, quæ irregularitatem non inducit, ut notat Innoc. in cap. Si celebrat, num. 2. *Arca medium, vers. In suspensio autem à Deo, de Cler. excom. ministr. ubi ait: suspensos à Deo, qualis est omnis peccator, qui indignè Corpus Domini sumit, & iudicium sibi manducat, & bibit, nunquam esse irregulares, si celebrant, nisi in certis criminibus, ut homicidio, & simonia, de quibus notatur in cap. Nisi cum pridem, §. 1. de renunc. & in cap. Quasitum, de tempor. ordinat. Hi enim etsi peccant, nunquam tamen in Canone reperitur quod celebrando fiant irregulares; quia irregularitas iure tantum Canonico inducitur. Ita Innoc. cum quo totidem serè verbis concordant, ibi Hostiensium: num. 4. vers. de suspensio autem, Joan. And. eod. numer. 4. vers. suspensio vero. Butr. num. 1. 2. vers. in suspensio, dicens: suspensos à Deo tantum dici qui sunt suspensi quoad se tantum, & non quoad alios, ut sunt in peccato constituti, non carentes ordinis executione; quia non est rale delictum, ut ordinis executionem impedit post peractam penitentiam; & concludit rales celebrando non incurrere irregularitatem, Cardin. num. 4. col. 4. in princ. vers. Et facit differentiam, Abb. num. 4. ubi ait rales suspensos à Deo celebrando non fieri irregulares secundum omnes, quia iure non cavetur, & quia directè non est eis officium interdictum à iure, sed peccant ministrando. Hoc etiam dicit esse certum, Petr. de Anchar. in d. cap. V. infra, num. 12. post medium, vers. Et ex ista opinione, supra eodem, & Joan. de Imola hic num. 6: & probatur aperiè sumè in hac Decretali, in princ. dum dicit Clericos fornicatores esse suspensos quoad se, sicut quilibet in mortali peccato: nam dictio illa, sicut, importat omnimodam similitudinem, ut cap. Olim, de verb. signif. & hoc non tantum in substantia, sed & in qualitate, & modo simul, cap. fin. & ibi notat Butr. in 4. not. ab de restitu. spoliat. Sed existentes in mortali, exceptis criminibus, quæ post peractam penitentiam impediunt Ordinis executionem, non sunt suspensi suspensione majori, & directè, quæ irregularitatem inducat, ut ostensum est supra. Ergo nec Clerici fornicatores; alioquin quilibet peccator, utcumque occultus, esset suspensus suspensione directè, & celebrando fieret irregularis, quod nemo sani capitis auderet affirmare. Nec obstat c. Præter hoc, 32. dist. 1. quia non dicit, interdictum ei officium, aut eum ab officio suspendimus, sed dicit, Præcipimus, & omnino contradicimus, ut Missæ non canet, nec Evangelium, &c. & sic non suspendit, sed improbat, & damnat, ut Sacerdos fornicarius in divinis ministrat. Hoc autem facit Ecclesia cum quolibet existente in peccato mortali, ut in cap. fin. de tempor. ordinat. ibi: Quis non penituerit; mandati sunt, & sub interminatione divini iudicij obstandi, ut in testimonium sue damnationis in seipsum etiam ordinibus non ministrent. Ecce igitur quod Ecclesia improbat, & damnat eorum ministerium, sed tamen eos directè ab officio non suspendit: ideoque, ut ibi dicitur, non debent hi (præter eos homicidij) post penitentiam in jam susceptis vel suscipiendis ordinibus impediri. Quare considerata hac suspensione quoad se tantum, notorius fornicator celebrando non est*

sic irregularis. Aut consideramus suspensionem quoad alios; & similiter irregularis non est, non solum quia hæc est suspensio indirecta respectu aliorum ad effectum, ut ab eo non audiant divina nec est bona consequentia: Præcipio vobis ut non audiat Titium legentem: ergo Titius est suspensus à lectura, ut inquit Abbas, in d. cap. V. infra, num. 7. supra eod. sed potissimum, quia hæc suspensio quoad alios etiam in notorio fornicatore, nisi sit suspensus ab homine, & nominatim denunciatus, hodie prorsus sublata est per Extravag. Martini V. editam in Concilio Constantiensi, ut dictum est supra, num. 6. Unde quatenus etiam talis suspensio quoad alios de iure fuerit apta producere in fornicatore celebrante effectum irregularitatis; tamen cum hodie hæc causa jam penitus cessaverit, cessare etiam debet omnis illius effectus, cap. Quod pro remedio, §. 1. §. 7. c. Et si Christus de iurejur. c. Post translationem, cum concordant ibi in gloss. in ver. Cessante, de renunciat. impossibile enim est ut non ens aliquid operetur, Bellam. cons. 33. Quod si ad personam, num. 39. vers. Secundo probe, plenè Oldrad. cons. 203. factum rale est collata, vers. Ad secundam questionem, & quod caret esse, caret virtute, & operatione, Alex. cons. 2. §. 6. Placet, num. 2. vers. Nam non esset, ibi 6. & fuit dictum Bald. in repetit. l. 1. num. 56. C. de sacros. Eccles. Quare cum suspensio quoad se non sit censura Ecclesiastica inducens irregularitatem, & suspensio quoad alios per dictam Extravag. Martini V. omnino sublata fuerit, restat ut notorius fornicator celebrando nullatenus fiat irregularis, nisi monitus non desinit per sententiam hominis fuerit ab officio suspensus.

28 Nec prædictis adversatur, quin potius favet Concilium Tridentinum, cap. 14. sess. 25. de reformatione. Nam ibi prohibetur primo, ne Clerici concubinas, aut alias mulieres suspectas in domo, vel extra retineant, aut cum iis veteram consuetudinem habeant, alioquin penis à iure, vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur. Secundo statuitur, ut si moniti non abstinuerint, tertia parte fructuum beneficiorum, ac pensionum ipso facto sint privati. Tertiò, ut si monitioni secundæ non paruerint, fructus omnes ut supra amittant, & ab administratione beneficiorum suspendantur arbitrio Ordinarii. Quarto, ut si ita suspensi adhuc in concubinato perseveraverint; tunc etiam beneficiis, & pensionibus, ac officiis Ecclesiasticis perpetuo priventur, & ad alia obtinenda inhabiles reddantur, donec post penitentiam cum eis per superiores fuerit dispensatum. Quintò, ut si dimissas mulieres reassumpserint, excommunicationis gladio plectantur. Sexto, ut beneficia non obtinentes iuxta delicti, & contumaciz perseverantiam, & qualitatem ab Episcopo carceris pœna, suspensione ab Ordine, aliisque modis iuxta sacros Canones puniantur. Ultimo, ut Episcopi si moniti à Synodo se ab his non emendaverint, ipso facto sint suspensi, & si perseverent, etiam ad Papam ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpe etiam per privationem in eos animadverat. Ex quo contextu potius colligitur Clericos concubinato non esse suspensos suspensione directè; tum quia post secundam monitionem amittunt solum fructus, & ab administratione beneficiorum suspenduntur arbitrio Ordinarii; & si adhuc non paruerint

rit, oræcipit Concilium, ut beneficiis priventur, scilicet per sententiam, secundum glossam notabilem in l. tabernum nulli, §. Oeconomi, in ver. Privetur. C. de sacros. Eccles. & sic non sunt ipso iure suspensi à beneficio, & conseqenter nec ab officio, quia suspensus ab officio, si duo concurrant, videlicet ut sit suspensus propter crimen grave, & sit in mora petendi absolutionem, prout concurrunt hoc casu, censetur etiam suspensus à beneficio, ut concludit gloss. in Clem. Cupientes, in ver. suspensi, ad fin. de penis, quam dicit meliorem de corpore iuris, Jo. de Imola in c. Cum dilectus, num. 3. de consuetud. Tum quia Clericos non beneficiatos pro qualitate delicti, & contumaciz Concilium puniri præcipit ab Episcopo pena suspensionis ab Ordine. Ergo non sunt suspensi à Canone ad gloss. secundam, in cap. final. de iure patronat. & in l. in criminali, in ver. habeatur, vers. Et dic. C. de iurud. omnium iudic. Tum denique quia speciale est in Episcopis, quos in impudicitia foribus versari longe deturbabilis est, ut sint ipso iure suspensi, ut in d. c. 14. in fin. gravius enim peccant propter alicuiorem gradum, c. Roma, §. 1. c. de iur. & ibi Jo. Andr. n. 2. de Penit. & veniis, & ideo plus puniuntur, cap. Excommunicamus, §. 1. §. Credentes cum gloss. in ver. gravius exerceatur, de heret. Et nihilominus etiam in Episcopis ad incurrendam suspensionem ipso facto Concilium requirit monitionem, ut patet ibi: & à Synodo Provinciali admoniti se non emendaverint, ipso facto sint suspensi.

31 Demum S. Congregatio eisdem Concilii interpretis consulta, an concubinari publici, cum quibus ex decreto Concilii, cap. 14. sess. 25. actum non est, ipso facto in irregularitatem incurrant, licet non celebrent, dum sunt in peccato: censuit hoc decretum nihil ex veteri iure immutari, vel ex statutis Ecclesiarum, sed tantum juri communi addere.

DE CLERICIS CONIUGATIS.

Cap. Ioannes.

S P M M A R I V M.

- 1 Clericus conjugatus non beneficiatus non cogitur deferre censuram. Declaratur num. 2.
- 2 Clericus conjugatus non bigamus habitum, & consuram non deserens retinet privilegium Canonis, & Ecclesia inserviens etiam privilegium fori, sed reliqua privilegia perdit ipso iure.
- 3 Nec potest esse Vicarius Episcopi in spiritualibus, sed bene in temporalibus.
- 4 Clericus conjugatus in habitu laicali in contumaciam condemnatus in curia seculari, an possit reassumpto habitu, consura, & servitio Ecclesie pro eodem delicto à iudice laico personaliter distringi, & nn. seqq.
- 5 Clericus ut gaudeat fori privilegiis quoad personam inspicitur in quo statu reperitur, cum iudex laicus in eipsum distringere.
- 6 Iudex laicus si causam prævenit contra Clericum in habitu non incedentem, potest causam, modo à persona abstinat, ad finem deducere, non obstante reassumptione habitus: si vero prævenit personam, Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

reassumpto habitu non impedit quo minus iudicium etiam contra personam prosequi valeat.

IOANNES. Clericus conjugatus non beneficiatus non cogitur deferre censuram, hoc dicit, secundum And. qui hæc Decretalem tolemmiter reperit; cum quo concordant Butr. Cardin. Abb. & reliqui omnes. Primò ponitur Joannis questio. Secundò Papæ definitio, ibi, Quomodo igitur.

In textu ibi etiam consuratus non potest privilegio clericali gaudere, nota Clericum conjugatum, non gaudere clericali privilegio, licet habitum & consuram deserat, ut hic est expressum, & notat Bernardus post eandem, & Jo. Andr. n. 8. vers. Item quoad conjugatum. Sed cave ne decipiaris, quia per constitutionem Bonifacii VIII. in c. unico, infra eodem lib. 6. innovatam à Concilio Tridentino, cap. 6. in fin. sess. 23. Clerici conjugati non bigami gaudent duobus tantum privilegiis, videlicet Canonis si quis suadente, 17. q. 4. & fori, ne scilicet pro commisis excessibus trahi possint criminaliter, vel civiliter ad iudicium secularè. Ad hoc tamen ex dicto canonico requiritur, ut consuram, & vestes deserant clericales, & ex dicto c. 6. & quoad fori privilegium, præter habitum, & consuram requiritur etiam ut alicui Ecclesie inserviant. Dixi quoad fori privilegium, quia quoad privilegium Canonis decretum Concilii nihil novi statuit, ut alias fuit resolutum. Quare licet hodie non cogatur deferre consuram præcisè, coguntur tamen cautivè, id est, si velint Canonis, & fori privilegio potiri, ut hic per Abb. num. 7. vers. Et concludit latius, quia sine consura & habitu non retinent privilegium Canonis, & sine consura habitu, & servitio non retinent privilegium fori. Dum ergo hæc Decretalis dicit Clericum conjugatum etiam consuratum non gaudere clericali privilegio, non intelligas tu de prædictis duobus privilegiis, sed de reliquis privilegiis Ecclesiasticis, quæ Clericus conjugatus perdit ipso facto, ut in dict. cap. unico, vers. in ceteris, & ibi notat gloss. communiter approbata. Neque ad hoc requiritur monitio, sed sufficit solus contractus matrimonii nam ex contrario actu hæc privilegia amittuntur. Et ita limitant, & intelligunt hunc text. gloss. 1. Abb. antiq. num. 1. in verb. Gaudere, Hoff. post princip. in verb. privilegio, Jo. Andr. num. 2. 4. Abb. sen. num. 3. & alii communiter.

3 Quo fit ut Clericus conjugatus, quamvis bigamus non sit, & habitum clericalem, & consuram deserat, tamen esse non potest Officialis, seu Vicarius Episcopi, nec ipsius delegatus ad causam spirituales, quia per dictam Decretalem unicam de Clericis conjugatis, lib. 6. censetur Clericus in duobus tantum, in reliquis vero ut laicus iudicatur. Ad hoc cap. in nova, cum duobus, c. leg. 16. quest. 7. cap. Ecclesia de constitution. cap. fin. de reb. Eccles. non alien. Et ita hic determinat Joan. Andr. n. 20. qui amplius subdit sententiam latam per talem esse ipso iure nullam, quia iudex non est, cap. Clericum nullus, 1. q. 3. cap. Ad nostram, supra de consuetud. & cum Jo. Andr. concordant hic Butr. n. 16. Anchar. nu. 1. t. Cardin. n. 8. Quarta q. Imol. n. 8. & Jo. de Anan. in fine, Anchar. in d. cap. unico, n. 3. Gemin. nu. 8. & Franc. in gloss. in verb. Recipunt, Abb. in cap. Decretimus, n. 12. in fin. & Dec. ibidem num. 123. de iudic. Quod tamen intellige. si consuram.

statuatur Vicarius in spiritualibus, aut Vicarius Generalis, focus vero si in temporalibus tantum, ut si Episcopus haberet temporalem jurisdictionem in loco, iuxta text. in cap. Romana, §. Debet, de appellat. lib. 6. quia tunc Clericus conjugatus bene potest esse Vicarius Episcopi, si ut quilibet alius laicus, ut notat Archid. in d. cap. in nova, num. 1. & 3. & ibi etiam Turret. num. 1. & 2. 16. quasi. 7. Jo. Francisc. Pavin. de offic. & potest. Cap. sed. vacant. in 2. part. princip. l. quest. 1. c. num. 15. Lap. Abb. in cap. 1. num. 2. de offic. Vic. lib. 6. & tenent in dicto cap. Decernimus, de iudic. Burr. num. 6. in fin. vers. si quartur, Abb. num. 1. 2. in fin. Felin. post alios numer. 6. vers. Quinto, & Dec. num. 1. 2. §. qui etiam respondet objectis Andrea Sicul. contrarium sententis.

4. QUERO, An Clericus conjugatus, qui pro delicto commisso in habitu laicali in curia seculari ante reallumpsum habitum, & consuram clericalem fuit in contumaciam condemnatus, postquam reallumpso habitu cepit servare Ecclesie, pro eodem delicto a iudice laico in carcerem conjici, & personaliter puniri?

5. Videtur respondendum non posse. Ratio est, quia eo tempore, quo iudex laicus incipit Clerici personam distinguere, reperit eandem sibi non subelle, Quam quidem hoc tempore, cum habeat qualitates per d. cap. unicuique de Cleric. conjug. lib. 6. & cap. 6. sess. 23. Concil. Trident. requisitas, non potest ei non suffragari fori declinatoria, quia potest dicere, Mea persona tibi non subiacet: & hoc est, quod sibi volunt DD. post Joan. Andr. hic quasi. 4. & inter ceteros Cardin. & Anchar. ibi, qui in hac materia hoc solum considerant, an Clericus possit dicere: Hoc tempore, quo incipio te conveniri, seu distingui, gaudeo privilegio

fori. Idem videtur sentire Jo. Andr. Abb. & ceteri in cap. unico de obligat. ad rationem, qui solum considerant preventionem iudicii respicientem causam, & respicientem personam: nam si iudex laicus prevenit causam, allumpcio habitus non tollit jurisdictionem, quo minus causam, modo a persona ablineat, ad finem deducat: Si vero prevenit personam capiendam eam in statu non exempto, videlicet sine habitu incedentem, reallumpcio habitus non impedit, quominus iudicium contra dictam personam prosequatur. Hoc idem probat Joan. Monach. in d. c. unico, de Cler. conjugar. lib. 6. qui est utatur verbo, saltem, in effectu concludit Clericum conjugatum reallumere privilegium etiam pro delictis, quae commisit quando habitum non gestabat. Unde Franc. ibi, hoc ideo sine trepidatione asserit, & ceteri DD. qui dum absolute dicunt Clericum conjugatum eo ipso quod habitum reallumit, exemptionem reallumere, absolute etiam intelligunt quoad omnia delicta per eum live tempore quo gestabat, live quo dimiserat habitum commissa: Unde hoc casu solum habetur ratio, an quando iudex apprehendit Clerici personam, dictus Clericus sit in habitu, vel non, ut primo casu remittatur ad Ecclesiasticum: Secundo non item, ut potest satis clare deduci ex Capell. Tolos. decis. 104. 144. 147. & ibi addentes, ubi nunquam consideratur tempus delicti, sed solum tempus captivae personae, & sequitur Char. in §. fin. quasi. 39. vers. Sed quid si Clericus, ubi ait, Clericum conjugatum, qui fuit condemnatus a laico eo tempore, quo non ferebat habitum, si ante capturam illum reallumpserit, non posse ante

plus a iudice seculari nec capi, nec puniri. Idem expressius tradit Marfil. singul. 428. ubi ait, communem esse opinionem iudicem secularem non posse Clericum conjugatum incedentem in habitu, & consura punire pro delicto per eum perpetrato eo tempore, quo non incedebat in habitu. Et quamvis Alex. cons. 8. vol. 1. testetur communem esse, ut attendatur tempus delicti; tamen hoc iustum dictum procedit in alio casu, scilicet, in illo de Clerico, qui modo desit esse vel privilegiatus, vel Clericus, de quo distinguitur, nam aut delictum, pro quo modo a iudice seculari molestatur, fuit ab eo perpetratum eo tempore, quo incedebat in habitu & consura, & pro quo fuit tunc a iudice ecclesiastico citatus: & ei prodest fori declinatoria, alias non, quia hoc casu attenditur tempus delicti; Alioquin Alexander contradiceret alteri conclusioni, quam paulo ante posuit pro hac sententia, asserendo causam esse communem, & hoc postremum dictum Marfil. & Alex. sic, & non aliter esse intelligendum expressè patet ex doctrina Barr. cui Alexander innititur in l. assistatis iure, c. commun. de iur. i. in fin.

His adde, quod in proposito dubitatione scripti in cap. Magnus, num. 81. & seqq. supra de obligat. ad rationem, & ibi vide resolutionem Sacrae Congregationis Concilii num. 73.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS.

Cap. Ex gestis.

S V M M A R I V M.

1. Cardinalis deponitur, qui in titulo suo non residet, & n. 17.
2. Gestis in Concilio perpetuam fidem faciunt.
3. Dummodo sine descriptis per personam publicam, vel reperiatur in archivis authenticarum personarum.
4. Gestis extra iudicialia sunt; alia vero iudicialia.
5. Cardinalis an possit per Papam deponi sine Concilio.
6. Imperator per Papam deponitur, presente, non autem approbante Concilio, & cur.
7. Cardinalis an possit per Papam deponi sine consilio fratrum.
8. Papa de honestate non debet ardua expedire sine Cardinalium consilio, potest tamen de plenitudine potestatis.
9. Cardinalis in suo titulo non residens privari non debet, nisi legitime monitus non redeat.
10. Cardinales tenentur in Romana Curia residere, nec possunt inde abcedere sine licentia Papa, & cur, & num. seqq. usque ad n. 17.
11. Cardinalis in suo titulo curiam habet animarum tam fori penitentialis, quam contentiosae.
12. Cardinales sunt Sacerdotes Levitici generis, coadiutores & consilarii Papa, & cum eo iudicant orbem.
13. Sunt membra, & pars corporis Papa.
14. Ejuque collaterales.
15. Residentes in Curia aequiparantur stellis fixis, legati vero planetis.

Car.

17. Cardinalis, qui spreto Parochia sua tanquam vagus in aliena demoratur, deponi potest.
18. Et tempus, quo spectari debet est arbitrarium. Secus post Bullas Leonis X. & Sanctiss. D. N. Innocentii X. n. 19. & 22.
19. Cardinalis officium versatur in frequenti Papa assistentia, & Sedis Apostolicae negotiis.
20. Cardinales a Romana Curia absentes ex Bulla Leonis X. qua puniuntur.
21. Et quid ex Decreto Pauli III. Et quid ex Bulla S. D. N. Innocentii X. n. 23.
22. Constitutio S. D. N. Innocentii X. super recessu Cardinalium a stata Ecclesiastica sine licentia Papa, & reditu eorum ad Romanam Curiam, compendiose per partes refertur.

EX GESTIS Deponitur Cardinalis, qui in titulo suo non residet. Hoc dicit secundum Jo. Andr. & omnes: & est textus multum notabilis secundum Abb. & Alex. de Naveo. Dividitur in duas partes. In prima narratur deponitionem Cardinalis. In secunda deponitionis causam assignat, ibi, eo quod.

2. Nota primo ex principio textus gesta in Concilio perpetuam fidem facere, ut hic, & in l. Gestis, C. de re iudic. & in c. fin. de probat. secundum Holt. hic. Jo. Andr. Burr. Cardin. & Jo. a Capille. omnes in principio. Quod tamen Abb. & Alex. de Naveo uterque in primo notat. intelligunt verum esse, dummodo gesta sine descripta per personam publicam, ut in iuribus pra. all. & idem est si reperiatur in archivis authenticarum personarum, puta eorum, qui potestatem habent authenticas scripturas faciendi, ut notat Innoc. in c. 1. n. 1. supra de Procurator. & ibi vide quot modis dicatur gesta: differunt autem ab actis, quia acta iudicialia sunt, gesta vero extrajudicialia, ut l. 1. de offi. Procur. Cesar. & ibi notatur in gl. 1. De quo tamen vide ibi per Barr. n. 1.

3. Secundum nota ibi, ab omnibus, argumentum quod Cardinalis non debet, & secundum aliquos non potest deponi a Papa sine Concilio; & in hanc partem propendit Holt. hic. n. 1. Buer. in t. notat. & Abb. n. 3. Verum glossa 1. exponit verbum, ab omnibus, id est approbantibus, quoniam solus Papa hunc Cardinalem deposuit, & Innoc. in princip. dicit in illius amotione Synodum congregatam, & super ea totius Synodi consensum fuisse habitum, sed tamen Papa deponitionem fecit. Hec ultima opinio videtur omnino amplectenda, quia in Summo Pontifice absq. Concilio relidet plenitudo potestatis, ut est text. notab. in c. Cuncta per mandum. 9. q. 3. ibi, nec ulla Synodo praecedente, nec non ibi, damnandi nulla existente Synodo, quos oportet, habuit facultatem: & scripti latissime in cap. significasti, supra de elect. id. 109; Bonifacius sine Concilio Cardinales Columnentes deposuit, ut in c. un. de schism. et. l. 6. Item Papa deposuit Imperatorem praesente, non autem approbante Concilio, ut in c. Ad Apostolicae, de re iudic. eod. lib. ubi glossa prima: Nota, inquit, quod in superfratratione dicitur, sacro praesente Concilio ad memoriam fempiternam, quod dicit de Concilio potius est ad honestatem, quam ad necessitatem: nam sine sententia Concilii sententia Papae sufficeret contra Imperatorem, & quemcumque alium, cap. Alim. 1. §. qu. 6. ubi non dicitur quod in Concilio facta fuerit deponitio. Et infra

Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

in eadem glossa super verbis inscriptionis, Sacro praesente Concilio, sic legitur: Praesente, non dicit approbante, sicut in c. Sacro de sent. excom. Fortè ex causa, ne crederet aliquis sine approbatione Concilii deponitionem Imperatoris fieri non posse, & sequuntur ibi totidem verbis Joan. Andr. in Novelle n. 5. vers. in glossa. Gemin. eod. 3. vers. in eod. gloss. ibi, praesente: & ad propositum deponitionis Cardinalium illam glossam ponderat, & dicit valde notabilem Abb. hic circa fin. vers. Et contra dictum esse etiam valde grave, & fortan multis periculis expoitum si pro causa deponitionis oporteret Synodum universalem indicere, & sententiam protrahere, usque ad illius celebrationem, arg. c. Vbi periculum, de elect. lib. 6. Quod observat Andr. Sicul. in tract. de praesent. Cardin. q. 2. n. 5. ubi ait: non esse opus Concilio ad deponendum Cardinalem propter difficultatem, quae subellet in congregando Concilio universalis, & hoc tene incunctanter.

7. Major est difficultas, an Papa possit Cardinalem deponere legitima subistente causa, sine fratrum suorum consilio.

Disputat hanc questionem in utraque parte Andreas Barbata in pra. illegat. et. de praesent. Card. q. 8. per totam, & praemissa protestatione quod non intendit in aliquo derogare potestati Romani Pontificis, tandem concludit pro opinione negativa dicens, n. 6. eam tenere illustres Doctores Holt. Jo. Andr. Burr. Cardin. & Modernos hic, & eum refert, & sequitur Dec. in rubr. de Consi. in 2. lectura, n. 12. ubi Sylv. Aldobrand. in addit. in ver. Deponere, testatur ita servari: & allegat Hippol. de Marfil. in singul. 669. Ceterum fundamenta Barbatiae videntur satis infirma, & Holt. hic. n. 1. Joan. Andr. n. 2. & sequens proponunt questionem de Synodo, ut dixi supra n. 2. non autem de consilio Cardinalium, licet elegerant Papam non debere, & secundum aliquos, non posse Cardinales excommunicare, vel aliquod praecipuum facere sine consilio, & consensu fratrum, arg. c. Irrefragabili. §. 1. de offi. Ordinari. & cap. 1. de excess. Pralat. & nihilominus Holt. tandem concludit his verbis: Quod tamen dicatur, hoc de plano fateor, quod in solo Papa plenitudo relidet potestatis, & ad honorem, supra de usu pallii, contra quam scribere non intendo, ex his, quae leguntur, & notantur in c. Proposuit, infra de concess. praeben.

8. Tu dicas Papam de honestate non debere Cardinalem deponere, vel alia ardua expedire sine fratrum consilio, unde in c. un. de schism. et. l. 6. sic legitur: De fratrum nostrorum consilio deponimus a Cardinalatu, & c. & in cap. Ad Apostolicae, de re iudic. eod. lib. Deponitio Henrici Imperatoris legitur facta cum fratribus nostris, & Sancto Concilio, deliberatione praehabita diligentis, & in cap. 1. de reuene. eod. lib. Caletinus deposuit seipsum renunciano Papavi deliberatione habita cum suis fratribus S. R. E. Cardinalibus. Sed de plenitudine potestatis Papa potest procul dubio ardua expedire, & Cardinalem deponere sine ulla requisitione fratrum. Ita Alex. de Naveo hic n. 2. Communis enim conclusio habet Papam posse ardua explicare, etiam Cardinalem sine consilio, ut testatur Gemin. in c. Super eo, circa med. vers. Communis conclusio. Dec. in rubr. de Consi. in secunda lect. num. 10. & ante eum Felin. ibi num. 2.

C 3 vers.

vers. Sed quod ino Papa, ubi hanc partem iuris, & rationibus comprobat, & plurimos cumulat idem sentientes, & contrariam opinionem dicit procedere de honestate, prout etiam loquitur textus in cap. Per venerabilem, s. Rationibus infra qui sit legit. in quo tantam vim faciunt Abbas num. 4. vers. Sed in videretur optimum, & Philipp. Franc. in d.c. Super eo, circa fin. vers. Et videtur de hoc de bare. lib. 6. Et predictis adde quod in novissima constitutione Innocentiana, de qua infra nu. 22. ubi agitur etiam de imponenda pena privationis dignitatis Cardinalatus, legitur infrascripta clausula, videlicet, perinde ac si in Consistorio nostro secreto de eorundem venerabilium fratrum nostrorum consilio, & unanimo assensu emanassent. De his tamen consule, Cardin. Paleott. in tract. de Sac. Consil. consil. part. 1. quæst. 3. ubi per octo distinctos articulos de hac materia luculentur dillet.

9 Tercio nota ibi, Canonice esse depositus, Cardinalem in suo titulo non residentem esse prius legitime commoendum, ut redeat, ut hic, & in c. Inter quatuor & c. ult. infr. eod. alias quantumconque vagabundus discurrat, non est privandus, ut infra, c. Ex tua, & tenet hic gloss. ult. Holt. n. 4. in ver. Canonice.

10 Quarto nota ibi, contra Canonum instituta, ex Sacrorum Canonum prescripto Cardinalem tenere in suo titulo, & sic in Romana Curia residere, ut hic patet, & notant, Holt. in princ. Jo. Andr. n. 1. ver. instituta. Abb. in 3. notab. & alii communiter. Quare inde abcedere non potest sine licentia Papæ cum habeat alas ligatas, ut inquit Prap. in c. Titium nostrum, n. 1. & 2. q. 1. post Holt. in cap. Bone, il. n. 1. sup. de Postul. Prælat. & sequitur Sarnen in reg. de imper. benef. vac. per obit. famul. Cardin. q. 17. n. 4. & constat ex Constitutionibus, de quibus infra in ult. notab. an. 1. 9. usq. in fin. Cuius rationis multiplex ratio reddi potest.

11 Prima ratio, quia Cardinalis in suo titulo curam habet animarum tam fori penitentialis, quam contentiosæ, c. Ha. qua. & ibi plene scripti supra de majori & obed. & propterea iste Cardinalis sancti Marcelli dicitur hic de servit. Parochiam suam, scilicet titulum, cum esse Presbyter Cardinalis, ut hic per Abb. in 3. notab. omnes autem, quibus animarum cura commissa est, tenentur in suis Ecclesiis personaliter residere, cap. Quia nonnulli, & c. Relatum, infr. eod. c. Extirpanda, s. Qui verò, de praben. Conc. Trid. sess. 23. cap. 1.

12 Secunda ratio, quia, ut inquit Innocentius III. in cap. Per venerabilem, s. Rationibus infra. Qui sit, sunt legit. (Sunt autem Sacerdotes Levitici generis fratres nostri) scilicet Cardinales, secundum communem expositionem qui nobis iure Levitico in executione pastoralis officii coadiutores existunt, & ut legitur in Constitutione Sixti V. quæ incipit, Postquam verò, in proem. tom. 2. Bullar. pag. 160. (Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales repta sententia per fons. SS. Apostolorum, dum Christo Salvatore regnum Dei prædicanti, atque humanæ salutis mysterium operanti mitularent, eidem Pontifici in executionem Sacerdotalis officii, & in dirigenda ipsa Ecclesia Catholica, cui præf. consiliiarii, & coadiutores affluunt.) Hæc ibi: Quamobrem cum Summo Pontifice orbem iudicant, & disponunt, ut per illum textum dixerunt, Holt. hic nu. 3. vers. sedi. & cum

Jo. Andr. nu. 1. & reliqui post eos, & ut verbis Oldradi utar. in cons. 48. ius commune n. 1. Cardinales assumunt partem ponderis diei, & assus, & cur illi, qui in partem sollicitudinis sunt vocati, & de quorum consilio Summus Pontifex agenda ordinar, & disponit, cap. Fundamenta, s. Decret. de elect. lib. 6. quod subius prosequere, ut in præleg. Sixti V. constitutione. Quæ omnia nequaquam ab his præstari, & impleri possunt, qui summo Pontifici personaliter non assunt, & à conspectu sunt remoti, Sarnen. n. quæst. 17. n. 5.

13 Tercia ratio, quia Cardinales sunt membra, & pars corporis Papæ, l. Jurisperitos, ff. de excus. Tutor. l. Quinqu. ibi, Senatores etiam; nam & ipsi pars corporis nostri sunt. c. Ad leg. Jul. Majest. c. Si quis, s. q. 1. cap. Felicia de panu. lib. 6. Holt. hic, nu. 3. Abb. eod. n. vers. Sunt enim Cardinales, Oldrad. d. cons. 48. in fin. & constat ex præcitata constitutione Sixti V. Ubi Cardinales dicuntur Summo Pontifici assistere, quasi oculi, & aures, & ac nobilissima facti capitis partes, & præcipua illius membra à Spiritu Sancto constituti; Et sic etiam sunt Collaterales Papæ, cap. Excommunicato supra de off. Leg. Holtien. in c. Dilectus, il. n. 2. de praben. Oldrad. loco citato. Ergo contra naturam rei est ut se ab illius latere subducant, nam & a capite non licet membra recedere, cap. Cùm non liceat, supra de prescript. Unde, ut eleganter dicit Bald. in cap. Bone, il. n. 1. de postul. Prælat. Cardinales residentes in Curia æquiparantur illis fixis, quæ non moventur, nisi motu orbis; sic & Cardinales non moventur nisi motu Papæ. Sed Cardinales Legati, qui de licentia Papæ absentes sunt, æquiparantur constellationibus, sive planetis, qui moventur motu proprio, nutu Dei, sicut Legati nutu Papæ. Sequitur Sarnen. in prælegat. quæst. 17. num. 4. in fin.

14 Quartum nota ibi, contra Canonum instituta, ex Sacrorum Canonum prescripto Cardinalem tenere in suo titulo, & sic in Romana Curia residere, ut hic patet, & notant, Holt. in princ. Jo. Andr. n. 1. ver. instituta. Abb. in 3. notab. & alii communiter. Quare inde abcedere non potest sine licentia Papæ cum habeat alas ligatas, ut inquit Prap. in c. Titium nostrum, n. 1. & 2. q. 1. post Holt. in cap. Bone, il. n. 1. sup. de Postul. Prælat. & sequitur Sarnen in reg. de imper. benef. vac. per obit. famul. Cardin. q. 17. n. 4. & constat ex Constitutionibus, de quibus infra in ult. notab. an. 1. 9. usq. in fin. Cuius rationis multiplex ratio reddi potest.

15 Prima ratio, quia Cardinalis in suo titulo curam habet animarum tam fori penitentialis, quam contentiosæ, c. Ha. qua. & ibi plene scripti supra de majori & obed. & propterea iste Cardinalis sancti Marcelli dicitur hic de servit. Parochiam suam, scilicet titulum, cum esse Presbyter Cardinalis, ut hic per Abb. in 3. notab. omnes autem, quibus animarum cura commissa est, tenentur in suis Ecclesiis personaliter residere, cap. Quia nonnulli, & c. Relatum, infr. eod. c. Extirpanda, s. Qui verò, de praben. Conc. Trid. sess. 23. cap. 1.

16 Secunda ratio, quia, ut inquit Innocentius III. in cap. Per venerabilem, s. Rationibus infra. Qui sit, sunt legit. (Sunt autem Sacerdotes Levitici generis fratres nostri) scilicet Cardinales, secundum communem expositionem qui nobis iure Levitico in executione pastoralis officii coadiutores existunt, & ut legitur in Constitutione Sixti V. quæ incipit, Postquam verò, in proem. tom. 2. Bullar. pag. 160. (Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales repta sententia per fons. SS. Apostolorum, dum Christo Salvatore regnum Dei prædicanti, atque humanæ salutis mysterium operanti mitularent, eidem Pontifici in executionem Sacerdotalis officii, & in dirigenda ipsa Ecclesia Catholica, cui præf. consiliiarii, & coadiutores affluunt.) Hæc ibi: Quamobrem cum Summo Pontifice orbem iudicant, & disponunt, ut per illum textum dixerunt, Holt. hic nu. 3. vers. sedi. & cum

17 Ultimo nota ibi, in alienis usq. hodie demoratur, unam legitimam causam dependendi Cardinale à dignitate Cardinalatus, videlicet, si de serito titulo, seu Parochia sua, in alienis partibus demoretur, scilicet, tanquam vagus, Ecclesia sua impetret, ut exponit Holt. hic in fin. & Jo. Andr. num. 1. in ver. in alienis: captivus enim subvenitur, & non transfugus, l. Inter, ff. ex quibus casu. major. & videtur hic argumentum quod antequam deponatur, expectari debeat per quinquennium, sicut fuit expectatus ille Cardinalis S. Marcelli, ut per Bitr. hic in 3. notab. Sed dicendum est, quod hic legitur de quinquennio, denotare facti continuationem, alias enim tempus est arbitrarium per id, quod habetur in c. Quoniam frequenter, s. 2. supra, ut sit, non contesti, secundum Jo. de Anan hic n. 2. & dicitur, in cap. Ex tua, infr. eod.

18 Porro adversus Cardinales extra Romanam Curiam demorantes, aut ab ea recedentes sine licentia, Pontifices Maximi sanctiones diversas ediderunt: Nam Leo X. in constitutione incipit. Sub pena dispositionis arbitrio, edita in Concil. Later.

ranens, s. 28. in Bull. tom. 1. pag. 474. Exiit in hæc verba (ac cum Cardinalis officium in primis versetur in frequenti Rom. Pontificis assistentia, & Sedis Apostolicæ negotiis: propterea Italianus, ut omnes Cardinales in Romana Curia resideant, & qui sunt abientes, si in Italia, intra sex menses, si extra Italiam, infra annum à die publicationis præsentis Constitutionis revertantur; alioquin fructus beneficiorum, & omnium officiorum suorum emolumenta amittant, omnibusque privilegiis generaliter, & specialiter Cardinalibus concessis quamdiu adfuerint omnino careant: exceptis tamen illis, quos ratione officii ab Apost. Sede, in iunctis, vel de Romani Pontificis mandato, aut licentia iusto metu, aut quavis alia legitima causa impediende, vel ægotationis abesse contingat privilegiis, indulgiis, & immunitatibus eisdem Cardinalibus concessis, & in Bulla nostra sub data coronationis nostre contentis, & expressis in suo robore nihilominus permanentibus.)

21 Similiter Paulus III. edidit decretum consistoriale, quo Cardinales iubentur residere in Romana Curia, quod si non fecerint, privantur ipso facto durante absentia omnibus indulgiis, & privilegiis, quibus alii Cardinales gaudent, & gaudeat possint, nisi cum expressa licentia Papæ apud Ecclesiam Metropolitanam, seu cathedrali, cui præsent, resideant, ut refert Caputaq. decis. 86. n. 1. & 2. par. 2. & Anastas. German. de indult. Cardin. d. 5. tibi quoad vixerit, n. 18.

Sed & alia decreta prodierunt recessum Cardinalium à Romana Curia sine licentia Papæ prohibentia sub diversis penis etiam per Romanos Pontifices arbitrandis.

22 Novissime verò emanavit constitutio S. D. N. Innocentii X. sub datum Romæ sub annulo Piscatoris die 19. Februarii 1645. Pontificatus sui anno secundo, quæ incipit, Cùm iuxta, super recessu S. R. E. Cardinalium à statu ecclesiastico sine licentia Summi Pontificis, & reditu eorum, qui sine licentia huiusmodi recesserunt, ad Romanam Curiam; cuius tenorem per partes singulas compendiose hic referendum putavi. Dividitur ergo hæc Constitutio in octo partes.

In prima, ponitur constitutionis causa, nempe obligatio Cardinalium residentium apud Papam in Romana Curia, Decreta contra sic recedentes edita, & illorum transgressiones.

In secunda ibi, quia verò, Cardinales, qui post Bullam non obtenta Papæ licentia se transferunt extra statum ecclesiasticum, primò privilegiis, & indulgiis omnibus, etiam beneficiis conferendi pensionibus, & fructibus ecclesiasticis transferendi, & facultate testandi privantur, & ab ingressu Ecclesiæ interdiciuntur, ultra alias penas arbitrio Papæ intelligendas: mandaturque deventi ad sequestrum fructuum, officiorum, & beneficiorum, necnon pensionum, ac fructuum reservandorum. Secundo, si infra sex menses à die recessus ad Curiam non redierint, privantur fructibus arbitrio Papæ distribuendis. Tercio, si non redierint infra alios sex menses privantur omnibus officiiis, beneficiis, pensionibus, & fructibus reservatis ut supra distribuendis.

In tertia ibi, Cardinales autem, Cardinales, qui

ante Bullam sine licentia Papæ extra statum ecclesiasticum iam se transferunt, si infra sex menses à die publicationis non redierint ad Curiam, primò interdiciuntur ab ingressu ecclesiæ, privantur facultate testandi, ac privilegiis, & indulgiis, necnon fructibus officiorum, beneficiorum, ac pensionum. Secundo, si non redierint infra alios sex menses immediate sequentes, iplis officiiis, beneficiis, pensionibus, ac fructibus reservatis privantur.

In quarta ibi, si autem Cardinales, statuitur, ut contra Cardinales, qui ante Bullam sine licentia Papæ extra statum ecclesiasticum iam se transferunt, aut post Bullam se transferent, si per alios tres menses immediate sequentes, qui pro tribus canonicis mensionibus, ac peremptoriis terminis assignantur, & sic in totum infra quindecim menses ad Romanam curiam non redierint, deventi possit ad alias penas per Papam declarandas, etiam usque ad privationem dignitatis Cardinalatus inclivive.

In quinta ibi, ac demum, Cardinalibus qui de cetero sine dicta licentia extra statum ecclesiasticum se transferent, admittitur facultas substituendi Cardinalem, Prælatum, vel alium quemcumque in suis officiiis, Legationibus, Prædicturis, Guberniis, Processionibus, necnon administrationibus Tituli, vel Diaconie, aut etiam Episcopatus, & Ecclesiarum etiam Patriarchalium, ac beneficiorum quorumcumque, & cassantur indulta super his concessa.

In sexta ibi, ab omnium declaratur ab antedictis penis non excusari Cardinales prætextu servitii, aut iulius etiam Imperatoris, & Regum, aut distantie locorum, nisi ex causa in corpore juris clausa, coram Papa allegata, & expresse admiffa. Præservatur tamen constitutio Urbani VIII. super residentia episcoporum etiam Cardinalium.

In septima ibi, de veteris, reservatur Papæ absolutio, & relaxatio earundem penarum privativè etiam quoad Collegium Cardinalium Sede vacante.

In octava ibi, Decernentes, Præmissorum observantia injungitur, decretum irritans apponitur, contrariis derogatur cum clausulis admodum urgentibus, Constitutio publicari, & illius transumptis fides adhiberi iubetur.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Cap. Quia nonnulli.

- 1 Dignitates plures, vel Ecclesiæ uni consecrari non debent, & cur. & non sequi.
- 2 Beneficia plura obtinere ex dispensatione an teneatur plures officium recipere.
- 3 Canonum instituta beneficiorum pluralitatem prohibentia unde originem duxerint.
- 4 Beneficia personalium residentiam requirentia sunt incompatibilia.
- 5 Beneficia simplicia obtinentes an teneantur in Divinis deservire per seipsos.
- 6 Collatio secunda dignitatis, vel Parochialis ex Lateranensi Concilio an valeat, & an. seg.

- 7 Amittat verbum an importet privationem ipso iure, & non sequitur.
- 8 Subiaceat verbum est lato sententia.
- 9 Dignitas quomodo accipitur.
- 10 Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis quale servitium requirant, & an eas obtinentibus liceat quorundam ultra tres menses ab Ecclesia abesse, & non sequitur in fine.
- 11 Trident. Concilii decretum cap. 3. sess. 21. & c. 3. sess. 2. expenduntur, & conciliantur, & non sequitur.
- 12 Dignitatum duo genera à Concilio Tridentino constituntur in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis.
- 13 Dignitates habentes redditus separatos à Capitulo de iure communibus obligant ad residentiam.
- 14 Nec sunt incomparabiles cum aliis beneficiis residentiam requirantibus.
- 15 Fructus prebendæ dignitatum qualiter in distributionibus sint convertendi, & num. 21.
- 16 Distributiones quando accrescant in servitibus, vel applicentur fabricæ Ecclesiæ, & num. 21.
- 17 In accrescendis in quibus dignitatum redditibus habeat locum.
- 18 Appellatio à conversione fructuum in distributiones quando substat à Concilio Tridentino.
- 19 Dignitates separatos redditus habentibus potest Episcopus arbitrio suo competens servitium assignare.
- 20 Dignitates Casarugaustana eodem iure censeri debent, quo alia, de quibus agitur à Concilio Tridentino, sess. 22. cap. 3.
- 21 Et Archiepiscopus potest illa congruam servitium statueri, & distributiones pro tertia parte fructuum deducti pensionibus assignare.

QUIA NONNULLI. Uni plures Dignitates, vel Ecclesiæ conferri non debent, & Ecclesiæ illi est conferenda, qui iudicare, & donans conferendi potestate privabitur. Hoc dicit secundum Joann. Andr. & omnes, & tria facit ut dicebat Holt. ponit vitium, adhibet remedium, imponit penam. Ponendo vitium tria facit. Primum ipsum nominat, secundum exemplificat, tertium reprobat.

Nota primum ex principio textus quatuor rationes, ob quas non debet clericus esse pluralis in beneficiis ecclesiasticis; Prima est, quia hoc procedit ex fomite avaritiæ, quæ modum non habet, ut hic, & in cap. sicut ii. 47. dist. & in cap. Quid dicitur, 24. qu. 4. Secunda, quia vix potest clericus congruè in officio deservire, & in duo divisus plenam sui non habet potestatem, ut ei, à quo stipendium recipit, plenus famuletur, dicit textus in c. Diversis, supra de Cler. conjug. Unde sumitur argumentum, ut obtinens plura beneficia ex dispensatione teneat plures officium recitare, si potest, secundum Petr. de Anchar. in 4. notab. Hoc tamen communiter non servatur, ut inquit Imola, n. 2. & Alex. de Navo in 2. notab. quia dispensatus ad plura videtur ex consequenti dispensatus ut in altero tantum resideat, & illi deserviat, cum in utroque residere non possit. Facit quod notatur in c. Quia in tantum, infra de preben. & in cap. Non potest, in glof. in ver. Retinere eodem tit. lib. 6. Tertia ratio, quia sic unus occupat stipendia plurimum, & pauperes Clerici, qui possent huiusmodi Ecclesias obtinere, stipendia

- 3 privantur. Ad hoc cap. 1. 16. q. 7. Quarta, quia id obviat sacrorum Canonum institutio, ut 21. q. 1. per totam, cum concordat de quibus hic in glof. 2. Quæ quidem instituta originem dixerunt ab Apostolo dicente, 1. ad Corinth. 7. Unusquisque in quo vocatus est permaneat apud Deum, cap. 12. dist. secundum Holt. n. 7. Jo. Andr. n. 10. & Cardin. in 3. notab. Alias rationes prohibitz pluralitatis recentent Holt. Joan. Andr. Abb. & alii in cap. Ad huc, & ibi dixi in 1. notab. infra de Preb. & rationes decem conge. Rebuff. in Praxi benefice, in tit. de dispens. ad plur. ac n. 2. usq. ad n. 21. & adde S. Thomam Quod. 8. art. 17. & quod scripsi in cap. Quia in tantum, 2. notab. 3. usq. ad n. 14. infra de Preb. & in cap. Dudum, 2. in 2. notab. supra de elect.
- 4 Secundò nota ibi, per se ipsum, in beneficiis ecclesiasticis clericos teneri per seipsos deservire, nec posse muneri suo satisfacere per substitutum, quia hic est actus, in quo censetur electa industria personæ, Insuper ar. 1. ff. de solut. cap. Quoniam Apostolica, de offic. deleg. & hanc regulam ex hoc textu eliciunt Butr. & Imol. ambo n. 3. & Alex. de Navo n. 5. Contrariam regulam in beneficiis simplicibus constituit Lap. in pluribus allegationibus, quia cum de generali consuetudine personalen residentiam non requirant, oneri deservendi in Divinis potest per alium satisfieri, nisi secus in eorundem fundatione eorum reperiatur: & illius allegationes Rota multoties sequuta est quinimo, & S. Congregatio Concilii, ut plene scripsi in c. Ut Abbates, n. 62. & seq. sup. de atar. & qualiter. Nec obstat hæc Decretalis, quia loquitur in dignitatibus, & Ecclesiis Parochialibus, aut etiam secundum Innoc. in beneficiis simplicibus ex consuetudine, vel statuto, aut alio iure speciali requirentibus personalem residentiam, ut dictum est in precedenti notab. & in his salvatæ potest opinio Ant. de Butr. & sequacium.
- 5 Quartò nota ibi, amittat, collationem secundæ Dignitatis, vel beneficii Curati hoc iure in spēdo non valere, prout hanc litteram intelligunt Butr. n. 4. Anchar. n. 5. & Imol. n. 3. vers. Item nota penam, & ita secundum eos verbum, amittat, importat privationem ipso iure. Quod etiam voluit Abb. in c. Chim in unum, n. 6. vers. Non obstat, supra de elect. dicens verbum, amittat, esse intelligendum ipso iure, quia de illius significatu est, ut non requiratur actualen executionem, seu ministerium alterius, ad instar verbi subiaceat, quod similiter est late sententia, ut notat glof. ult. in cap. un. de injur. lib. 6. & sequitur Felin. in cap. Radulphus, n. 24. in ver. Amittat, supra de rescript.

- ref. Quibus videtur suffragari hæc littera ibi, quod contra sacros Canones recepit, amittat, quali dicat, quod de facto accepit, de facto amittat. Contrarium, videlicet recipientem plures Dignitates, vel beneficia curata non esse ipso iure privatum, sed privandum secundo, quod est incompatible cum primo, tenent hic Abb. & Alex. de Navo ambo in ult. notab. Card. in conf. 3. circa eluctationem num. 4. Caffad. de res. i. in tit. de Constit. Pro quibus facit, quia verbum, amittat, non sonat in præteritum, sed in futurum, nisi addatur, ipso iure, glof. in l. Amistone, 5. in ver. Relegati, ff. de Cap. 1. dimm. quam ratio invenies alibi secundum Baldum ibi, quem videas: tamen alia similibus videtur esse in l. Si quis in tantum, in ver. amittat, & vide vi. ut per Felin. ubi supra. Quidquid tamen sit, hodie hoc corrigitur per Decretalem, de multa, infra, de Prebend. ubi recipiens secundam Dignitatem, vel beneficium curatum, nec est privatus ipso iure, nec privandus secundo, sed est ipso iure privatus primo. In hac tamè materia tu distingue quinque tempora, ut dixi in c. Referente, in 1. quest. infra de Preben.
- 9 Glofa 1. ponit quomodo dicitur Dignitas. Dicit in ea, & adde Archid. & Jo. Andr. in c. 1. de consuet. lib. 6. & Bart. in l. 1. c. de Dignit. lib. 12. Propterea accipitur hic, & in cap. De multa, infra de Preb. Dignitas est administratio perpetua rerum ecclesiasticarum cum præsentia in gradu, ut dixi in cap. Ad hæc, n. 20. eod. tit. ubi plene videas.
- 10 QUÆRO. Quale servitium hodie requirant Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis: & in specie, an Dignitates, de quibus agitur à Concilio Tridentino in cap. 3. sess. 22. comprehendantur in c. 12. vers. Præterea obtinentibus, sess. 24. ita ut illarum servitium ita sit moderandum, ut eas obtinentibus non liceat quorundam ultra tres menses ab Ecclesia abesse.
- 11 Emerit hæc questio in Ecclesiæ Casarugaustana. Pro cuius solutione procedendo juxta consideraciones alias à S. Congregatione admittas circa intellectum, & concordiam cap. 3. sess. 21. & c. 3. sess. 22. videtur animadvertendum Concilii duo genera dignitatum, & officiorum in Collegiatis Ecclesiis distinxisse, quod etiam animadvertit Navar. in Manual. c. 27. Unum, earum dignitatum, quæ participant de redditibus Mensæ Capitularis, de quibus intelligitur cap. 3. sess. 21. Alterum, earum, quæ proprios, & separatos habent redditus, & nihil habent commune cum Capitulis: quas etiam agnovit jus commune, ut per Olead. conf. 170. & non obligant ad residentiam, Holt. in Summa tit. de cler. non resid. 5. Qualiter, n. 2.
- 12 vers. Item possunt esse Canonici, possuntque retineri cum aliis beneficiis requirentibus residentiam, c. Dudum, 2. ubi Abb. n. 9. vers. & facit optime, de elec. & in cap. De multa, n. 21. vers. Secunda conclusio, cum seq. de Preb. Staphil. de litter. grat. tit. de atar. & qualiter, benefice, n. 44. cum seq. & de his intelligitur cap. 3. sess. 21.
- 13 In utrisque autem dignitatibus non idem jus Concilium statuisse, videre est primo in separatione tertiz partis, quia in illis fit deductio ex necessitate quando nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, in his fit etiam cessatio hac ratione, & etiam distributiones essent tales, quæ verisimiliter non negligenter, dum-

modo non ascendant ad tertiam partem fructuum, & sic in odium non residentium.

Secundò, in applicatione distributionum, quæ amittuntur; quia in illis distributiones non servantur accrescunt deservientibus in his applicantur fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pro loco arbitrio Ordinarii. Et ratio diversitatis inter utrumque casum non alia profecto reddi potest, quam quia ubi reditus sunt communes, inter participantes ex illis habet locum jus accrescendi, seu non decrescendi. Ubi autem sunt separati, reditus qui amittuntur, nemini accrescunt, sed Ecclesiæ applicantur, glof. in Clem. 2. in ver. Pars dimidia, ubi etiam Imol. col. penult. n. 10. Card. in 5. ille ver. n. 21. Vitalin. nu. 15. in fin. de atar. & qualiter, Felin. in c. Apostolica, n. 12. de except. Covarr. variat. resolut. lib. 3. c. 23. n. 7. Tertio, in illis Episcopus exequitur non obstantibus appellationibus: In his Concilium appellationes non sustulit. Quartò, notanda est diversitas in modo loquendi, quo Concilium de utrisque disponens utitur: nam illa tertia, quæ deducitur vigore cap. 3. sess. 21. expressè mandatur converti in distributiones quotidianas dividendas inter dignitates, & ceteros Divinis interefferentes, juxta divisionem ab Episcopo faciendam: hæc, de qua in sess. 22. cap. 3. dividitur in distributiones Episcoporum arbitrio assignandas, ut scilicet obtinentes Dignitates, si personaliter competens ibi servitium quolibet die statuto non impleverint, illius diei distributiones amittant; cum credi possit non absque consilio factam, ut in hoc Decreto sess. 22. nullam mentionem habemus de distributionibus quotidianis, neque de distributionibus Horarum; siquidem de distributionibus quotidianis expressè in cap. 12. sess. 24. §. Distributiones verò, Nec ab re Patres Concilii Tridentini concilii de qualitatibus harum dignitatum, quibus plerumque varia onera jurisdictionis, vel officiorum imminunt; & scientes servitium, ad quod de jure aliàs præstandum tenerentur: voluerunt competens servitium ab illis requirere, quod significat arbitrio hominis potius, quam rigorem juris; in quo arbitrio innuuntur habendæ esse rationem personarum, ibi, personaliter competens sibi servitium. Secundum primam editionem Aldinam in folio majori. Alii enim codices habent, competens tibi servitium, tum onerum talibus dignitatibus imminuentium, ibi, quod si alicui ex prædictis.

Ex quibus minus videtur absurdum hanc etiam differentiam inter utriusque generis Dignitates constituisse, ut illæ, de quibus in cap. 3. sess. 21. ultra tres menses juxta §. Præterea, d. cap. 12. abesse non possint, teneantur singulari horis interesse, & distributiones ex tertia parte deductæ, pro singulari horis assignentur. Has verò, de quibus in cap. 3. sess. 22. sufficit præstare illud servitium, quod à competens boni vici arbitrio judicabitur, etiam si non explicat numerum novem mensium, nec obligat ad singulas Horas Canonicas; & consequenter pro singulari horis non sunt assignandæ distributiones quotidianæ, sed pro illis diebus. & horis in competenti servitio comprehensis. Chim igitur Dignitates huiusmodi Casarugaustana ex sententia S. Congregationis eodem iure censeri debeant, quo sententur alia, de quibus in cap. 3. sess. 22. declaratum.

ratumque sit Archiepiscopum potuisse, & posse
ipsis statim competens servitium juxta primū
decretum: competens harum dignitatum ser-
vitium non videtur esse præcisè determinandū
ad novem menses, & omnium, singularumq; horarū
interessentiam juxta §. Præterea. Nec urget quod
Conc. in d. §. Præterea, generaliter loquatur, a-
ptumq; sic comprehendere obtinentes quascun-
que dignitates; quia dispositio generalis sub-
sequens non refertur ad ea, de quibus specialiter
supra cautum est, ad 1. Doli clausula, de verb. obligat.

Itaque ad dubium videtur respondendum 3
Dignitates, & officia obtinentes in prædicta Ec-
clesia non comprehendi in d. §. Præterea, nec tene-
re illud servitium præstare ad eum modum, qui
præscribitur, d. §. Præterea. Sed Archiepiscopum
posse servitium illis congruum statueri, ex cap. 3
sess. 22. illudque pro muneribus, & oneribus ipsis
dignitatibus incumbentibus moderari, simul-
que rationem habere habitantium extra clau-
strum, in præscribendis videlicet horis, quibus
interesse quisque teneatur. Et juxta horas, &
dies servitii ad hunc modum determinatum di-
videndas esse distributiones in tertia parte quo-
rumcumque fructuum, & proventuum earum
Dignitatum, & officiorum desumptas, deductis
tamen pensionibus, aliisque legitimis oneribus
quoadm duraverint. Quæ quidem distribu-
tiones ab ipsis, qui specialiter statuto tempore
deservierint, amittantur, & fabricæ Ecclesiæ,
aut alteri pio loco juxta Decretum ejusdem,
cap. 3. applicentur, Et ita S. Congregatio respon-
dit.

De Clericis non residentibus.

Cap. Relatum.

S V M M A R I U M.

- 1. **P**resentatus ad Ecclesiam non confirmatus si
nolit residere, non instituitur, & confir-
matus privatim appellacione remota.
- 2. Verbum quacumque dispositione cum essetū sunt
accipienda.
- 3. Beneficia sunt illis conferenda, qui velint, & pos-
sint residere, & curam per seipso exercere.
- 4. Beneficium recipiens non intendens residere, vel
intendens donec aliud pinguis adipiscatur, non
dicitur canonicè promotus.
- 5. Prælati inferior potest ex justa causa impertiri
licentiam Clerico à sua Ecclesia abscedendi.
Declaratur num. 7.
- 6. Prælatorum appellacione veniunt etiam inferiores
Episcopi.
- 7. Prælati dicitur qui habet in loco ordinariam ju-
risdictionem.
- 8. Prælati largè dicitur quilibet Clericus habens cu-
ram animarum.
- 9. Beneficiarius ut licite abesse possit, copulativè ro-
quirunt honesta causa, & Prælati licentia, &
num. 29.
- 10. Prælati etiam in casibus à jure permisso sine justa
causa non dispensant contra jus.
- 11. Beneficiarius ut licite abesse possit, requiritur Præ-
lati licentia petita, & obtenta, & n. 29.
- 12. Et Prælati remittens, potest adiri superior, qui eum
compellat licentiam concedere subsistente legiti-
ma causa.

- 14. Beneficiarius si necessitas repentina occurrat, po-
test abscedere etiam Prælati inconsulto, & n. 33.
& seqq.
- 15. Licentia Episcopi an requiratur ut beneficiati ab-
esse possint temporibus à Concilio permisso.
- 16. Canonici ut abesse possint tribus mensibus à Con-
cilio permisso, nec Episcopi, nec Capituli licentia,
nec causa requiritur.
- 17. Episcopi ut aqua ex causa possint quotannū duos,
vel tres menses abesse, Pape, vel Metropolitanæ
licentia non exigitur.
- 18. Licentia an requiratur, ut docentes, vel studentes
in Theologia percipiant in absentia fructus Præ-
bendarum suarum.
- 19. Dicitio omnino, quid importet.
- 20. Parochi etiam per duos, vel tres menses abesse non
possunt, nisi causa prius per Episcopum probata,
ac de illius licentia in scriptis.
- 21. Dicitio, quandomcumque, comprehendit omne
tempus.
- 22. Constitutio Episcopi, ut Parochi abesse non possint
ultra duos dies, valida est.
- 23. Statum prohibens ne quipiam Curatus ab Eccle-
sia abste, etiam unicam diem, sine Episcopi licen-
tia sub pena pecuniaria, non est contra Con-
ciliū Tridentinum.
- 24. Addendum tamen statuto ut detur facultas Vicariis
foraneis concedendi talem licentiam.
- 25. Parochi licet abesse sex, vel septem dies ad invi-
sendum parentes senes, & pauperes.
- 26. Requiritur tamen licentia Episcopi, & n. 32. & 49.
- 27. Parochus an possit abesse sine Episcopi licentia ob-
solum distantiam loci ab Episcopo cum aqua di-
scedendi causa, & n. 29. usq; ad n. 50.
- 28. Et an habens justam causam abscedendi per duos,
aut tres menses satisfaciatur sua conscientia, si
jurei gravem se habere causam, & licentiam pet-
tat, licet non obtineat, & n. 49. & seqq.
- 29. Parochus de jure communi abesse non potest etiam
ex justa causa sine Ordinarii licentia petita, &
obtena.
- 30. Licentia superiora ubi requiritur, videtur eidem
reservata cognitio, an casus sit licitus.
- 31. Absentia illicita. Beneficiato non permittitur, et-
iam cum licentia.
- 32. Curatu inferioribus non licet abesse etiam per heb-
domadā absq; licentia Episcopi in scriptis, & n. 49.
- 33. Parochus abesse non potest sine licentia, nisi causa
tantam requirat celeritatem, ut Episcopus con-
sulti non possit.
- 34. Causa repentina an in foro conscientie excuset
Parochum ab obtinenda licentia abeundi extra
Parochiam, & n. 45.
- 35. Absentia que censetur remota, arbitrarium est.
- 36. Causa absentia repentina Episcopus non censetur
Metropolitano significare.
- 37. Casus repentina equiparantur necessitati, qua non
succumbit legi.
- 38. Residentia decreta non sunt amare intelligenda.
- 39. Statuta Episcoporum ne Parochi abste ultra duos
dies, licet non sint contra Conciliū Tridenti-
num, ex iu tamen jubetur tolli pena excommuni-
cationis.
- 40. Excommunicatio non infligitur, nisi pro culpa
mortalis.
- 41. Parochi ab Ecclesia absentes contra decretum Con-
ciliū Tridentini præsentant mortaliter, nisi modica
temporē eos excuset.

- 42. Vicarii foranei licentia permittitur sufficere ut
Parochus abesse possit in casibus repentinis.
- 43. Vicarius foraneus non est ordinarius.
- 44. Vicarius Generalis an possit concedere Parochi
licentiam abscedendi.
- 45. Parochus absens ex causa repentina, ac necessaria
sine licentia an excusetur in foro fori.
- 46. Episcopi jubentur qualiter sit informandum in
causis absentia Parochi.
- 47. Parochus abscedens sine licentia ex causa repenti-
na non excusatur a pena, nisi aut statim rever-
tatur, aut Episcopum certiorum faciat.
- 48. Licentia debet præcedere, nec sufficit tacita ubi re-
quiritur expressa.
- 49. Ignorantia juris non excusat Parochum absen-
tem per hebdomadam, etiam ex justa causa, sine
licentia Episcopi.
- 50. Juramento Parochi super necessitate causarum
absentia non statuitur.
- 51. Conscientia sine qua relinquitur in materia indis-
creti, non autem in materia.

RELATUM. Presentatus ad ecclesiam
non confirmatus, quem apparet nolle re-
sidere, non instituitur. Et confirmatus
sine justa causa non residentis, privatim appella-
tione remota, hoc dicit. Sunt duæ partes. In pri-
ma ponitur excessus. In secunda provilio, ibi,
Cum igitur.

Nota primò in quacumque dispositione verba
cum effectu esse accipienda, ut hic in littera. & in
§. ita autem verba, de peniten. dist. 1. & in l. 1. §. ita
autem verba, ff. quod quis, jur. cum concord de quibus
hic per glo. 3. & Host. 1. in ver. Cum eff. dicitur.
Nam verbus, & non verbis legem imponimus,
cap. 1. salmissa, 2. 3. dist. cap. in Canonibus, vers. Casti-
des chartarum, b. q. 1. l. 1. de fin. C. communi, de legat.
Ergo ut Abbas hic dicit in §. notab. rejiciendus
est intellectus, qui solum servit de vento, & de-
servit verbis, & non rei, ut in cap. Commissa, §.
Foro, de elec. lib. 6.

Secundò nota, beneficia ecclesiastica esse illis
conferenda, qui velint, & possint residere, & cu-
ram per seipso exercere, ut hic in littera, & in
cap. Quia nonnulli supra eod. unde deducit Host.

hic, 2. in v. 7. Amoveri, ut si quis recipiat Eccle-
siam, vel Præbendam non intendens residere, vel
intendens quouque aliam pinguorem poterit
adipisci, minus Canonicè promoveatur. Simile
in c. fin. infra de condit. appof. & in cap. Sicut vir, 7.

9. 1. Ex tali enim animo sequitur ambitio, cap.
Quia in tantam, & cap. Cum jam dudum, infra tit.
prox. licet hujusmodi peccatum per penitentiam
aboleatur, arg. c. fin. infra, de simon. Et hæc dicit
Host. sequitur Jo. Andr. n. 3. in ver. Amoveri, &
Card. in 3. not. De quo tamen dic plenius, ut ha-
betur in d. cap. Commissa, §. Ceterum, de elec. lib. 6.

Tertiò nota, non tantum Episcopum, sed etiã
Prælatum inferiorem posse ex justa causa im-
pertiri licentiam clerico, uti sua ecclesia, vel
beneficio abesse possit. Ad hoc cap. Licet Canone,
in fine de elec. lib. 6. & tenent hic Innoc. in fine,
Host. n. 3. & communiter DD. ut testatur Abb.

n. 4. & satis clarè deducitur ex hac littera, que
non loquitur de episcopis, sed de Prælati, ibi,
suorum Prælatorum, quorum appellacione veni-
unt etiam inferiores Episcopi, cap. Cum ab Ec-
clesiarum, ubi optimus textus supra de offic. Ordin.

cap. fin. infra de regular. gloss. in Clem. 1. in ver.
Prælatum, de elec. plenè Abb. in cap. 2. num. 1. & de
judic.

Ceterum etsi DD. simpliciter transeant, hoc
tamen ego intelligo si inferior Prælati habeat
propriū territorium, & jurisdictionem quasi
episcopalem privatim ad Episcopum, uti eas enim
abscedendo, licentia non ab inferiori Prælato,
sed ab Episcopo petenda esset, ut meo tempore
respondit S. Congregat. Concilii ab Archiepiscopo
Theatino consulto, & sape alias. Ad hoc
gloss. notab. in Clem. 1. in ver. dice sanu, de foro
compet. Et quod scripsi in cap. Accedentibus, infra de
excessibus Prælator. & in cap. Significasti, supra de of-
fic. ar. bid. Et videtur de mente Innoc. & Docto-
rum hic, quia stricte, & proprie Prælati dicitur,
qui habet in loco ordinariam jurisdictionem, ut
in d. c. 2. de judic. & ibi gloss. ult. & Abbas, d. n. 1. 6
licet, late sumpto vocabulo, quilibet Clericus
habens curam animarum dicatur Prælati, ut
probatur in cap. Tua de Cler. agroran, & minus la-
tè Prælatorum appellacione intelligatur etiam
alii habentes prærogativam majorem sine jurisdic-
tione, ut Plebani, Decani, Archiepiscopi, &
confratres, ut in cap. 1. de ar. & quilibet, & in
cap. Romana, §. Nec etiam, de foro compet. ubi, 6. sed
stricte ut prædixi, inferiores Episcopo non dis-
cuntur Prælati, nisi habeant ordinariam jurisdic-
tione, & ad effectum, de quo agitur, nisi illam
habeant exclusè episcopalis, iuxta glossam præ-
allegatam in d. Clem. 1. de foro compet. quomodo
sequuntur Cardin. Anchar. & alii omnium.

Ultimò nota, in ver. Nisi forte, ad hoc ut clericus
beneficiatus licite abesse possit à benefi-
cio, duo copulativè esse necessaria, videlicet honestam
causam, & Prælati licentiam. Ergo sola
causa utique honesta, & rationabilis sine
Prælati licentia, & dispensatione non sufficit, ut
hic, & in cap. Non oportet, de consecrat. dist. 1. & in
cap. Magne, de voto. Sicut neque è converso suf-
ficit licentia Prælati sine honesta, & rationabili
causa. Et est ratio, quia Prælati etiam in casibus
à jure permisso sine justa causa non dispensant
contra jus, cap. Instructio, 2. §. quæst. 2. & cap. Di-
lectus, & ibi, Dixi, de tempor. ordin. Plenè Archid.
in cap. Licet Canon num. 3. vers. Et ibi, assertum est
xvii, de elec. lib. 6. et hodie est expressum in De-
creto Concilii Trident. cap. 18. sess. 25.

Nec prædictis obstat, quod cum hæc Decre-
talis dicit, vel studio litterarum, videatur velle
ut studii causa beneficiatus abesse possit sine alia
licentia, ponderando disjunctivam, vel, quod fa-
cit casum diversum à præcedenti. Sicut de copu-
la, not. gloss. Rebr. ff. de jur. & fact. ignoran. etenim
verba illa, de licentia Prælatorum, referri debent
ad sequentes casus de studio, & de aliis honestis
caulis, et posteriora verba, vel studio litterarum,
&c. debent intelligi expolitivè, non autem dis-
junctivè, ut post gloss. pennu. declarat Host. n. 3.
in ver. suorum; dicens hunc esse verum intelle-
ctum, & Card. n. 6. in 2. appof. et hic sensus facili-
tè percipitur legendo litteram ordine inverfo,
videlicet, Nisi forte aut studio litterarum, aut pro
aliis honestis causis contigerit eos abesse de licentia suorum
Prælatorum. Simile in cap. De cetero, infra, eod.

QUÆRO, An ut beneficiatus licite abesse pos-
sit, sufficiat Prælati licentia petita, licet non ob-
tenta.

Resp. non sufficere, ut probatur in c. Non oportet, et ibi glos. penult. de cons. dist. 5. & in c. Cuius exco. de elect. lib. 6. Ubi enim lex requirit licentiam superioris, duo intelligitur requirere, id est, ut petatur, item ut obtineatur. I. 2. iuncta glos. c. de in ius vocan. Et hanc esse generalem regulam dicit Ripa in tract. de Peste, in tit. de privileg. contrait. n. 140. post Jacin. s. Panales, col. 3. per illum textum, insititur de action. Unde non sufficit petita, nisi in casu in iure exprello, ut in c. Licet, infra de Regular. ut hic per Card. n. 4. in 4. notab. & Abb. n. 5. Et est ratio, ut dicam infra num. 28. & seqq. Nec refragatur, quod iura non nunquam expriment licentiam petitam, & obtentam, ut in cap. Religiosus de testam. lib. 6. & in Clem. un. cod. tit. Et enim hoc faciunt ad maiorem declarationem, quia in casu illo controversum erat apud Doctores, An Religiosus possit esse executor testamenti de licentia sui Superioris petita, licet non obtenta. Ad quam dubitationem submovendam facta est illa expressio, ut not. glos. in d. Clem. in ver. Obtenit. Quod si Clerico postulanti Prælatus renueret licentiam impetrari, possit haberi recursus ad superiorem ipsius Prælatis, & subistente rationabili causa, possit idem superior Prælatum compellere ad eam concedendam, at g. c. Nullus de iur. par. secundum Abb. hic n. 6. ver. Sed dices tu, & Ripam de Peste in d. tit. de privileg. contraitum, n. 139. & censuit S. Congregatio Concilii, ut dixi in cap. Licet, n. 7. infra tit. prox.

14. Ceterum si necessitas subito occurreret, beneficiatus sine abscedere, etiam ino Prælato inconsulto: nam multoties tempus, seu locus non patitur licentiam peti, ad hoc l. 1. ff. de exercit. action. & l. Tutor qui reperitur ff. de admin. str. tutor. & tenent Doctores in cap. Inter quatuor, infra cod. Ripa loco cit. & Abb. hic n. 6. ver. Item adde. Quod tamen intelligi, ut dicam infra n. 33. & 45.

15. QUÆRO secundo. An temporibus a Concilio Tridentino permissis beneficiati abesse possint sine Episcopi licentia.

16. Pro solutione distingue. Aut agitur de obtinentibus Dignitatibus, Canonicatus, Præbendas, vel portionibus in Cathedralibus, & Collegiatis ecclesiis. ut hoc primo casu jam respondit S. Congregatio, ut prædicti abesse possint tribus mensibus a Concilio permissis, in c. 1. 2. §. Præterea, sess. 24. ne Episcopi, nec Capituli licentiam, nec causam requiri. Circa quod tamen vide quæ scripsi in d. c. Licet, n. 48. & præsertim n. 52. infra tit. prox.

17. Aut agitur de Parochiis, & aliis obtinentibus beneficia, quibus cura animarum incumbit. Et in his difficultas emergit, quia Concilium in d. c. 1. sess. 23. in ver. Quoniam, declarat Episcopos licere duos, aut tres menses singulis annis abesse à suis ecclesiis, cum ex veterum Canonum sententia qui aliquantisper tantum absumt, non videntur abesse. Manifestum est autem ut Episcopi hos tres menses abesse possint, Summi Pontificis, aut Metropolitanæ licentiam non requiri; quia Concilium etiam præcipit legitimam absentiam causis esse à Romano Pontifice, vel Metropolitanò examinandam, tamen causam in prædictis tribus mensibus absentia dicit tantummodo debere æquam esse, eamque abecedentium conscientie relinquit, quam sperat religiosam, & timoratum fore, cum Deo corda pateant, cuius o-

pus non fraudulenter agere suo periculo tenentur. Itaque ut Episcopi duos, vel tres menses abesse possint, non requiritur ut causa sit probata à superioribus, & consequenter alia licentia non exigitur, cum id faciant auctoritate illius Decreti. Ad hoc gloss. in c. Super specula, in ver. de licentia, infra de magis. ubi cum textus dicat, Docentes, & studentes in Theologica facultate per annos quinque percipere debere de licentia Sedis Apostolicæ proventus præbendarum suarum, Glossa exponit illud verbum, licentia, id est generali concessa auctoritate illius Constitutionis, ita ut non sit necesse aliam indulgentiam impetrare. Simile in c. Non debere, 80. dist. in cap. Cuius, 16. q. 1. & in c. Quoniam, 100. dist. cum aliis allegatis in glossa, Ergo idem videtur dicendum de Curatis inferioribus: quia quæ fuerunt disposita de Episcopis, Concilium ad inferiores Curatos extendit in illis verbis, (eadem omnino etiam quoad culpam, fructuum amissionem, & penas de Curatis inferioribus SS. Synodus declarat, & decernit.) Maxime ponderando illam dictionem, omnino, quæ idem importat quod rotaliter, ut per Jo. Andr. in c. Si beneficiatus, de Prob. in 6. Et in omni casu secundum Bartol. in l. Græco, post litem, ff. de fideiussor. Quas significationes, præter alias plures, ponit etiam Felin. in c. Ex parte, il primo, in prin. ver. Dicant hic Moderni, de offi. deleg.

20. Sed his non obstantibus, tenendum est inferiores Curatos non posse ab Ecclesia abesse, etiam per illud spatium duorum, vel trium mensium sine licentia Episcopi in scriptis obrenata. Quia Decretum d. cap. 1. sess. 23. in ver. Eadem, etiam extendat disposita circa residentiam Episcoporum ad Curatos inferiores; tamen immediate subnectit limitationem his verbis: (ita tamen, ut quando concurre eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratis concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant.) Pondera primò illam dictionem, quando concurre, quæ comprehendit omne tempus, & consequenter etiam contingerit Parochos abesse duos, aut tres menses, oportebit causam prius cognosci, & approbati ab Episcopo. Deinde pondera sequentia verba, quæ aperte innuunt abscedendi licentiam esse omni tempore in scriptis, & gratis concedendam. Sed ultra bimestre, non nisi ex gravi causa. Quæ cum ita sint, non licet inferre ab Episcopis ad inferiores Curatos, in quibus verba Concilii clara non admittunt interpretationem, seu voluntatis coniecturam. Licet Imperator, ff. de legat. primo, Abb. conf. 97. in instrumento, n. 1. ver. Et primo quia, lib. 2. Atque ita semper intellexit hoc Decretum S. Congregatio, imò consultata, an valeat consuetudine Episcopi, ut Parochi non possint abesse ultra duos dies sine licentia; respondit valere. Quin etiam cum Episcopus Brixien. esset editurus constitutionem prohibentem non quispian curatos abesse à sua Ecclesia, etiam unicum diem sine eius licentia sub penis pecuniariis. Et Parochi ejus diocesis dubitantes, An id Episcopo liceret, cum ex Concilio cap. 1. sess. 23. qui paulisper abest à sua ecclesia non videatur abesse: S. Congregatio censuit non posse declarari

rale statum esse contra Concilium, quod videtur velle ne paulum possit abesse Rector absque licentia Episcopi, etiam per unum diem.

24. Expectandum tamen ut Episcopus edat Constitutionem, quæ sit cum aliquo temperamento, poterit permitti. Sin minus, S. Congregatio curabit addi, ut alicui ex Vicariis foraneis dicitur facultas concedendi talem licentiam.

25. Nec prædictis adversatur, quod cum Parochus quisam Oriolen. postulasset declarari, an liceret sibi à sua Ecclesia exire, vel septem dies abesse visitandi causâ suos parentes senes, & pauperes incolentes locum distantem per diem à Parochia. Responsum fuit licere, liquidem S. Congregatio tunc consultata fuit tantummodo super causa absentia; & ad consultationem respondens existimavit causam illam esse æquam, & quæ exigat Concilium in d. c. 1. sess. 23. ibi, dummodo illa quæ ex causa fiat. Sed de licentia nihil fuit quæsitum. Unde hoc responsum intelligi debet de licentia Episcopi, iuxta declarationes alias editas.

27. QUÆRO tertio. An eo solum distantiam loci ab Episcopo cum æqua discedendi causa Parochus possit abesse à sua Ecclesia sine licentia in scriptis obrenata.

28. Anne habens iustam causam abeundi extra Parochiam per duos, aut tres menses, satisfaciat suæ conscientie si petat licentiam, jurans gravem se habere causam, quam non expedit manifestare, ut sic petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat.

29. Pro solutione dubii præmitendum, Curatos ex dispositione juris communis non posse à residentia abscedere, etiam ex iusta causa, sine licentia Ordinarii: ut est textus hic, ubi not. Abb. n. 1. post glos. in c. Presentiam, & c. Si quis in Clero, 7. q. 1. & dictum est supra in ultimo notabili, nec sufficit licentiam fuisse petitam, nisi obrenata fuerit, c. Tunc, ubi Abb. n. 3. infra eodem, & pariter est dictum supra in quæst. 7. n. 12. Ratio est, quia ubi requiritur Superioris licentia, videtur illi referre vata cognitio, utrum casus sit licitus, Abb. in cap. De super, n. 17. de rebus Eccles. non alienan. quali vis voluerit occurrere ne quid indideret agatur, & providere etiam in casibus licite absentia; nam illicita absentia non perimitur etiam cum licentia, ut hic per Abb. n. 1. conferunt tradita per eundem Abb. in cap. fin. n. 5. cum sequenti, de iust. adifican.

Hanc juris communis dispositionem Concil. Tridentinum non solum probavit suis decretis, sed expressius, & arguit itur Episcopos, & inferiores Curatos non posse à suis Ecclesiis abesse, nisi ex certis causis, & modis explicatis in cap. 1. sess. 23. ubi quamvis Episcopis indulgetur aliquando longius absentia tempus ibi, duos, aut ad summum tres menses, & relinquatur eorum conscientie iudicium super æquitate causæ, nec requiritur licentia pro dicto tempore, ut ostentum est supra n. 17. inferioribus tamen Curatis visum est non esse idem indulgendum. Ideoque post ver. Eadem omnino, adjecta sunt restititio in ver. licet a. 2. men. ut dixi licet in præd. quæst. num. 20. Unde inferri non valet argumentum in prædictis: Hoc licet Episcopis per Concilium: ergo et inferioribus. Hinc S. Congregatio censuit non posse Parochos etiam per duos menses, imò nec per hebdomadam abesse abque licentia Episcopi,

quæ causa cognita, & in scriptis concedenda est.

31. Quibus præmissis ad primum dubium respondetur, non posse, nisi causa gravit, & necessaria immineat, quæ tantam celeritatem requireret, ut Superior pro licentia consulti non posset. Quia sola distantia, aut casus repentinus non relevat à petitione licentia; argumento eorum, quæ de contentu Superioris requiringo in alienatione rerum Ecclesie tradit Abb. in cap. fin. num. 8. de Eccles. adifican. & cumulat. Redoan in tract. de reb. Eccles. non alienan. fol. 271. & fol. 308. num. 9. Nam etiam de iure illa tantum absentia remota excusat, quæ habetur pro impotentia, Bellam. decis. 662. num. 1. facit cap. Schistatus, de rescriptis. Quæ autem absentia censetur remota, arbitrarij est, secundum gloss. 1. in cap. unum, Ne sede vacan. in 6.

36. Non obstat Concilium in dicto c. 1. sess. 23. ibi, nisi cum absentia incidere. Ubi videtur excipi causas notorias, & repentinas, ut eas nec significari quidem sit necesse. Quia illud speciale est in absentia Episcoporum, quibus, ut præmissum est, plus indulgetur, quam inferioribus. Et illa causæ non aptantur ad inferiores, ut patet ibi, propter aliquid in rebus Episcoporum adstantium. Imò retorquetur argumentum: Nam si necesse fuit ponere hanc exceptionem in Episcopis, ut excusetur; Cùm non sit eadem repetita in inferioribus, quoad ipsos manebit regula, de qua in ver. Ita tamen.

Hæc autem supraposita Regulæ exceptio circa celeritatem descendendi potest argui, l. 1. in prin. de exercit. act. & est de mente Hostiensis, & aliorum in cap. Inter quatuor, infra eodem; & præsertim Abb. in eum, & ut dixi supra num. 14. Quibus adda Aristot. decis. 289. num. 34. Felin. in c. Querebam num. 1. de iur. jur. & in cap. Si pro debitate, de offi. del. q. num. 4. in fine. Ratio est, quia talis casus æquiparatur necessitati, & necessitas non succurrit legi, Felin. in d. cap. Querebam, Dec. in l. 1. Quæ propter necessitatem, de reg. jur. Et quæ statuta sunt de residentia non in amare intelligenda sine Cardinal. post glossam in Clem. 1. quæst. 12. n. 21. de foro compet.

39. Nec aliter Decreta Concilii S. Congregatio videtur intellexisse, quando in nonnullis statutis Episcoporum circa prohibitionem absentia; etiam ad paucos dies, ut puta duos, vel tres, desideravit aliquod temperamentum, licet senserit non posse talia statuta declarari esse contra Concilium, ut dixi supra, n. 23. & seqq. Et propterea suffulsi penam excommunicationis impositam adversus eos, qui per duos dies abfuerunt; Cùm alioqui legitime imponatur tibi præsupponitur reatus peccati mortalis, l. 1. q. 3. c. Nemo, & cap. Nullus, quem reatum incurrit absentem contra Decretum Concilii, d. c. 1. §. Si quis autem, nisi modicam temporis excuset. Hinc etiam S. Congregatio permittit in casibus rebus quibus pro absentia modici temporis fuisset licentia Vicarij foranei, cum aliquo Concilio requirit licentiam Ordinarii d. c. 1. §. Item omnino; Et Vicarij foraneus non fit Ordinarius, sed solus Vicarij Generalis, ad not. per gloss. & DD. in cap. Romana, in prin. de appell. l. 1. §. Imo potest dubitari etiam de Vicario Generali, maxime existante in diocesi Episcopo, per cap. 2. de offi. del. lib. 6. & cap. Cum nullus, de temp. ordin. cod. lib. & not. per gloss. & Card. in Clem. 1. §. Volamus, de foro compet.

47 Prædicta autem intelligenda videntur in foro conscientie in respectu causæ urgentis, & difficultatis petendi licentiam, ut in excusantia peccato. At in foro fori ita domum videntur excusari à pena amissionis fructuum absentes sine licentia, si de gravi causa, & repentina, ut non potuerit peti licentia, ipsi Episcopo deinde conscriberis; quia neque hoc casu relinquendi sunt conscientie sine, cui Concilium non admodum confidit.

48 Informabit autem Episcopus iudicium suum, ut notat Abb. in n. 6. considerata qualitate causæ, præiudicii, & difficultatis petendi licentiam. In quibus omnibus statum arbitrio iudicis, prout in causâ gravi dicitur Felin. in d. cap. si pro debitate, n. 4.

Hæc cautela ad obviandum malitias necessaria est, & quodammodo exemplo Concilii edocetur adhibenda: nam licet de licentia concessa à Metropolitanano, vel Suffraganeo in Concilio provinciali iudicatur, ita inferiores Curæ licentia à jure ex causâ legitima; nihilominus expectare debent Episcoporum iudicium super necessitate, & quantitate eandem causarum. Ad Felin. ubi supra n. 5.

49 Nec excusarem istos à pena; nisi brevi tempore recedant ad residentiam Jo. Andr. in d. c. inter quatuor, aut eam non potuerint. Ordinarios suos de absentia & causâ faciant certiores: nam cellantes incipere esse in culpa. Quod si dicatur, quid ergo iuvat imminens necessitas cum difficultate, aut impotentia adeundi Ordinarium pro licentiâ? Respondetur, multum, quia alias etiam subellect causa necessaria, propter quam Episcopus concessurus fuisse licentiam discedendi nihilominus absenti sine licentiâ puniretur ex præmissis, cum licentiâ præcedere debeat, cap. licet, de regul. jur. in 6. Holt. & Jo. Andr. in c. 1. de his, quæ sicut prælat. & ubi requiritur licentiâ, debet esse expressa nec sufficit tacita, C. de vis. 1. c. m. 7.

Ad primam partem secundi dubii respondetur, itante responsione ad primum, non posse etiam per hebdomadam Parochum abesse absque licentiâ in scriptis obtenta ex disquisitione juris communis, & verbis expressis Concilii, d. cap. 1. & alias responsum fuit à S. Congregatione, ut dictum est supra n. 32. Et consequenter absenti sine licentiâ, licet ex iusta causâ, debere suæ conscientie considerare, quod transgrediendo Decretum Concilii graviter offendit, cap. 2. de major. & obed. Sive ex ignorantia juris, quæ non excusat, Reg. ignorantia, de reg. jur. in 6. præsertim quando lex restitit prohibendo, Dec. in reg. Non videtur dolo facere, ff. ad. lit. live ex contemptu, qui aggravat peccatum, ut not. Felin. in d. cap. 2.

50 Non obicit iuramentum, quia illi statim cum queritur de jurantis conscientia; cap. si verus, de sent. excomm. non autem in præiudicium tertii, c. Omnia in iure peritus, de offi. deleg. & multò minus in præiudicium Ecclesiæ, cui præsentia sui Rectoris subrahatur. Ad Felin. in d. cap. si pro debitate, n. 5. ubi tenet allegantem impedimentum teneri illud probare, alias non statim ejus dicto. Quare cum Episcopus debeat cognoscere, & probare causam absentia, non est statim iuramento asserentis se habere causam, quam non expediat manifestare: ex quo Concilium non relinquit hoc conscientie Parochi abfuturi, nec sumus in materia indifferenti, sed potius expressè prohibita,

Quibus in casibus non relinquitur quis conscientie suæ, Card. in Clem. 1. 5. Savè, n. 2. de foro compen.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Cap. Conquerente.

SYMMARIUM.

- 1 Residentiam non faciens in beneficio, est, an in iudicio estimatio non, illo privari debet.
- 2 Beneficiam quantumcumque, minimum de jure communis personalem residentiam requirit, & n. 13.
- 3 Soldorum appellatione veniunt usuales.
- 4 Beneficia simplicia ex generali consuetudine non requirunt residentiam, nisi aliud sit inductum de jure speciali.
- 5 Beneficia plura obtinens ad sustentationem sufficientiam privari potest, si non resident.
- 6 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 7 Beneficiatus post collationem non potest opponere quòd beneficium sit tenue, sed tempore collationis tantum.
- 8 Horas Canonicas beneficiatus recitare tenetur, quantumcumque beneficium sit tenue, & nullum omnino servitium requirit.
- 9 Quod procedit non modo si beneficiatus sit dubius, sed etiam si sit omnino certus de tenuitate beneficii.
- 10 Capellania ea lege fundata, ut usquequarvia maneat in eadem Capellania, qui omni die celebret, & resideat in Ecclesia, an sit sacerdotalis, &c. & n. seqq. usq. in fin.
- 11 Capellanus non tenetur celebrare per seipsum, nisi in fundatione statutum sit, ut per seipsum celebret.
- 12 Residentiam facere in Ecclesia non Parochiali, nec Collegiata, an importet in Capellanum celebrare debet per seipsum, & sit actus sacerdotis.
- 13 Residentia etiam in beneficiis simplicibus de jure communis per alium impleri non potest.
- 14 Residentia omni intelligenda est cum effectu.
- 15 Parochus licet teneatur ad residentiam, potest tamen per alium celebrare.
- 16 Residere nihil aliud est, quam de servare.
- 17 Residentia continua requirit servitium magis præsum, & n. 26.
- 18 Titularis censetur se retulisse ad dispositionem juris communis.
- 19 Relatio sit ad precedentiam cum omnino qualitatibus.
- 20 Verba geminata ostendunt magis enixam voluntatem.
- 21 Residentia ex vulgari usu loquendi fundatorum intelligitur personalis.
- 22 Ad illius servitium an Capella sit Sacerdotalis, multum faciunt provisiones subsequæ.
- 23 Observantia longè post fundationem non potest esse interpretativa actus fundationis.
- 24 Fundationis qualitates non potest Ordinarius derogare, etiam de consensu patronorum.
- 25 Status ultimus non attenditur ubi constat de contrario statu precedenti.
- 26 Capella ex eo quòd Capellanus debeat esse Presbyter est Sacerdoti alii, sed non propterea Sacerdos tenetur per seipsum celebrare.
- 27 Fundationis verba quando non respiciunt ad unum

- profectionis, sed illius prosecutionem, non requirunt Sacerdotium alium.
- 28 Beneficia Sacerdotalia exigunt solam habilitatem ad Sacerdotium.
- 29 Capellania Sacerdotalis potest conferri simpliciter Clerico in eam statim constituto, ut infra an non possit ad Sacerdotium promoveri, nisi aliud ex fundatione caveatur.
- 30 Verba habentia tractum successivum non requirunt qualitatem actus, sed sufficit aptitudo.
- 31 Manutene idem est quod alere, ac sustentare.
- 32 Fundationis verba, pro sustentatione Clerici, qui Divina inserviat, non respiciunt actum profectionis.

1 CONQUERENTE. Qui non residet in beneficio etiam modicæ estimationis, illo privari debet hoc dicit secundum omnes. Et sunt duæ partes In prima impetrans querela. In secunda commissiois forma. ibi, Frater noster,

2 Nota primò, ibi, viginti solidos, beneficium quantumcumque minimum, puta viginti solidorum, ex quo habetur pro titulo, de jure communis personalem residentiam requirere, adeo ut non residens beneficio privari debeat, & ita hic est casus secundum Holt. in princ. & n. 3. & Jo. Andr. in summ. textus, cui Burr. Card. Anchar. Imol. & reliqui consentiunt. Rebuff. in tract. nomin. quest. 2. n. 2. f. Et quamvis solidorum multiplex sit acceptio, ut latè per Covar. Variar. resol. cap. 1. n. 3. & secundum Abb. hic in 2. notat. hæc Decretalis intelligi possit de solidis aureis, seu legalibus, quorum septuaginta duo unam libram constituunt, ut l. Quotiescumq. & ibi glo. latr. & Bart. C. de suscept. & Anchar. lib. 10. Melius tamen Cardin. in 1. notat, dicit hoc debere intelligi de solidis usualibus, qui scilicet communiter currunt; & sic non requiritur ut septuaginta duo faciant unam libram auri, & sequitur hic Jo. de Imol. nu. 3. allegans textum cum glo. in cap. 2. de malefic. & hæc est veritas, ut inquit Alex. de Nevo hi. n. 5. qui idem tenuit post Petr. de Anchar. in cap. Quanto, n. 93. supra de jurejur. Et ita accipiendo viginti solidos pro parvis, & communiter currentibus, iste textus optimè probat beneficium quantumvis tenue de jure communis obligare ad personalem residentiam.

4 Dixi de jure communis, quia ex generali consuetudine beneficia simplicia residentiam non requirunt, nisi aliud sit inductum de jure speciali, ut notat glo. in cap. Gratia in ver. de jure tenent. de rescript. lib. 6. Lap. alleg. 36. in princ. Felin. in cap. Dilectus, n. 2. m. 1. de rescript. Rebuff. in Praxi benef. in tit. dispensatio, se non resid. n. 8.

5 Secundo nota ibi, vel quòd eadem Ecclesia non deserviat; hos duos casus æquiparari, videlicet habere plura beneficia ad sustentationem sufficientiam, vel habere alterum, & in illo non residere: nam quodcumque istorum sub disjunctione positum probetur, silentium imponitur, ut in textu. Unde licet pluralis privari potest beneficio, ita & non residens, ut hic notat glo. latr. Innoc. in princ. Holt. in 2. & alii communiter. Verum hodie illa æquiparatio non procedit, quia ex Concilio Trident. cap. 17. ff. 24. obtinens beneficium sufficiens si ab Ordinario obtineat secundum, etiam in sufficientiam, adepta pacifica possessione secundi, perdit primum ipso jure; & si utrumque retinere perrexerit, utroque remanet ipso jure

Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

privatus, ex cap. 4. sess. 7. ut scripsi plenè in cap. De multa, in 1. notat. n. 3. & in cap. Cum iam dudum, n. 37. 4. & 70. infra de Prob. & sic hodie durius agitur cum plurali, quam cum absente, qui non est privatus ipso jure, sed privandus per sententiam, ut hic.

7 In gloss. præcipere. Nota bene hanc glossam juncto textu, quod impetrans potest quidem opponere, quòd beneficium sit exigui valoris, & insufficientis ad necessariam vicæ sustentationem tempore collationis dumtaxat, sed non postea, ut c. Dilectissimi, d. g. 2. Propterea enim hic Papa non respondit allegationi ejus, qui excipiebat de tenuitate beneficii, quia hujusmodi allegatio post collationem non erat juridica; nam ex quo semel consentit, quamvis paupertate laborer, non potest amodò dissentire, sed debet propriis manibus sibi victum querere, cap. Clericus victum, g. 1. dist. & ita hic notat glo. præalleg. Jo. Andr. post Agid. n. 1. in ver. Vix, Cardin. n. 1. n. 1. oppositio, Anch. in 1. notat. Abb. num. 6. & Jo. de Anan. nu. 2. in 1. notat.

8 in 1. notat. Ex hoc notabiliter infero, ut tenuitas beneficii non excuset beneficium a recitatione divini officii, quod efficaciter probat hoc caput, quia licet non excusatur à residentia ex eo, quòd ex beneficio vite necessaria non percipiat, ut hic patet; ita nec excusatur ab horis dicendis: nam, ut formaliter inquit Card. in Clem. 1. n. 5. de celebrat. Missar. impuret sibi libi beneficium non sic competens, quia nihilominus tenebitur ad Horas ex quo fecit se ad hoc intulari. Idem Goffred. in d. cap. Clericus victum, g. 1. dist. & sequitur Sylvest. in ver. Hora, n. 3. vers. Nec possunt se excusare ratione exiguitatis, & Tabien. in col. ver. n. 1. in fin.

* Et stringitur argumentum, quia multa sunt beneficia, quæ nullum omnino servitium requirunt, ut prælimonia, & prælimoniales portiones. Et tamen illa obtinentes obligantur ad dicendas Horas Canonicas, ut in extravag. Pii V. 13. f. quæ incipit. Ex proximo, §. vers. 1. Declarantes, in Bullar. tomo 1. pag. 347. Ergo arctior est obligatio dicendi officium, quam residendi. Et consequenter si exiguitas beneficii non excusat à residentia, multò minus ab Horis dicendis, cap. Ex parte, n. 3. de decim. Cum præsertim Constitutio Pii V. utatur verbis illis universalibus, & qualicumque alia beneficia, quæ comprehendunt etiam minima, ex his quæ scripsit Aym. cons. 194. verb. transiitionis, col. antepenultima, vers. Secundo, & vers. Tertio, & cons. 227. Goffredus, n. 12. vers. Octavo considero. Ex quibus patet, quam male Salas in 1. 2. quest. 221. et al. d. disput. unic. sess. 17. num. 154. in fin. scriptum reliquerit beneficium non teneri Divinum Officium recitare, cum dubitat an beneficium sit tenue, necne: imò enim ad hoc obstringitur non modo cum dubius est, quo casu tenetur sequi ex præcepto partem tuciorum, ut probavi latissime in cap. Ne imitari, à num. 114. usque ad num. 125. supra de Constitut. sed etiam quando est omnino certus de exiguitate beneficii, ut ex dictis constat.

10 Ex factò quæ situm est an posito tenore fundationis infra scriptæ beneficium, de quo agitur, sit Sacerdotalis, ita ut actus Sacerdoti sit conferendum. Ut usufructuarius teneatur, & debent manutenerentur Capellanum, seu Presbyterum, qui omni die celebret, & celebrare debeat Missam unam in ecclesia per ipsum celebratorem fundata, &